



De Clementis Alexandrini sententiis oeconomicis, socialibus, politicis

<https://hdl.handle.net/1874/272893>

Sept 1921, 1920

DE CLEMENTIS ALEXANDRINI
SENTENTIIS OECONOMICIS,
SOCIALIBUS, POLITICIS.

O. VAN DER HAGEN
CAN. REG. ORD. PRAEM.



A. qu.

192

DE CLEMENTIS ALEXANDRINI
SENTENTIIS OECONOMICIS,
SOCIALIBUS, POLITICIS.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE,
QUOD EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI H. VISSCHER,
THEOL. DOCT. ET IN FACULTATE THEOLOGIAE PROF. ORD.,
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET NOBILIS-
SIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DE-
CRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITTE-
RARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVI-
LEGIIS IN ACADEMIA RHENOTRAJECTINA RITE ET LEGITIME
CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

ODULPHUS JOSEPHUS VAN DER HAGEN

CAN. REG. ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS
EX PAGO ST. OEDENRODE

DIE ~~XXVII~~ MENSIS APRILIS ANNI MCMXX HORA ~~IV~~ P. M.



TRAJECTI AD RHENUM APUD DEKKER ET V. D. VEGT.
MCMXX.

ASCHENDORFFS CHE BUCHDRUCKEREI, MUNSTER I. W.

Academicae vitae curriculo finem imponenti dulci officio mihi satisfaciendum est. Imprimis Tibi, clarissime Bolkestein, promotor honoratissime, maximas ago gratias, quod tum magna rerum scientia mihi affuisti, tum, pro benevolentia Tua, in opinionum offensione plenam mihi semper libertatem concessisti.

Secundo loco Te, clarissime Schrijnen, memorare meum esse duco. Praeter enim doctrinam Tuam et alia, neque minima, me Tibi grata voluntate devinctum tenent.

De vobis quoque, clarissimi viri Vollgraff Sr. (†), Damsté, v. Gelder, Ritter (†), Ovink, Rutgers v. d. Loeff, Hulshof, Beysens, Caland, tam ob accuratam institutionem quam ob benevolum animum semper libentissime recordabor.

Nec vos, clarissimi viri, Schwyzer, Blümner, Hitzig, quos ut Turici per aliquod tempus audirem mihi contigit, hoc loco abesse volo.

Cum Te, clarissime Kirsch, ultimum nominem, non ultimum tamen in recordatione mea obtinebis locum. Nota enim Tua benignitate me, peregrinum, Friburgiae excepisti et libentissimo animo studiis meis affuisti.

Denique, sodales, pristinam militiam, quam una militavimus, suavi semper memoria teneamus.

Hujus Libri Argumentum.

Praefatio VII—IX.

Caput I.

De sententiis oeconomicis.

Introductio.

Rerum oeconomicarum studium hisce temporibus magis auctum 1. — Antiqui oeconomiam cum re morali semper „confundunt“ 1—4. — Clemens quoque eas semper conjungit 4. — Haec vero conjunctio ex religione Christiana emanat 4—7. — Scholae „classicae“ principium 7. — Clementis principium 8. — Quare res oeconómicae Clementem magnopere non commoveant 8.

§ 1. De mediis ad res temporales producendas.

a) De labore 9 sqq. — De negotio quod genio exercetur 9. — De labore manuum 9. — Quas ob causas auctor eum commendet 9—11. — Quare oeconomicas rationes auctor non urgeat 11. — Peculiaris Clementis de divitiis deque modis quibus acquiruntur sententia 12—14. — Clementis sententiae cum Antiquorum enuntiationibus comparatae 14 sqq. — Viri docti Souchon sententia 14—15. — Modernorum auctorum interpretationes (Salvioli, Wilcken, Neurath) 15—16. — In hac quoque re Clemens ascesim et rem moralem maxime premit 17.

b) De variis acquirendi modis 19 sqq. — Clementis enuntiationes Christianos vitae publicae negotiis interesse supponunt 19—20.

a) De mercatura 20—23. — SS. Patres mercaturam damnavisse censet Lujo Brentano 20—21. — Hujus sententiae refutatio 22. — Quid Clemens de mercatura cogitaverit 23.

β) De re nummularia 23—26. — Hac de re auctor perpaucā, eaque de foenore tantum tradit 23—24. — Foeneris natura 24. — Sacrae Scripturae doctrina. — a) Ante Christum 25. b) Christus 25. — Antiquorum philosophorum sententiae 25—26. — Ipsius Clementis verba 26.

§ 2. De bonorum distributione.

a) De communismo. Brentano duos locos affert, ut Clementem communismum propugnasse ostendat 27—28. — Horum textuum vis 28.

b) De re privata. Disputatio de re privata Alexandriae exorta 29. — Hujus disputationis origo 30. — Clemens divitum animos variis argumentis confirmat 30—33.

c) De usu bonorum. Quare Christiani bona sua liberaliter largiri debeant 33—34. Clementis hac de re sententiae 34—35. — De usu α) cibi 35 — β) vini 36 — γ) supellectilis 36—37. — Quatenus Clemens in rerum externarum aestimationem a philosophorum sententiis dependeat 37—43. — Quid hac de re viri docti Cognat, Merk, Winter senserint 37—40. — Stoica Clementis verborum asperitas ex viri docti Bossuet sententia allis auctoris enuntiationibus „corrigenda“ sunt 40—41. — Quae „correctiones“ insuper afferri possint 42—43.

Caput II.

De sententiis socialibus.

Quid sit societas 43. — Hujus capituli argumentum 43.

§ 1. De paupertate, de mendicatione, de beneficentia.

Paupertatis definitio 44. — Quae morum pericula tum divitiae tum paupertas afferat 44—45. — Quomodo Christianus adversus res exterieores habere se debeat 45—46. — De sublevandis pauperibus 46. — Num Clemens annis vertentibus suam de divitiis sententiam mutaverit 47. — De beneficentia 47 sqq. — Auctor de beneficentia privata tantum loquitur 47. — Qui stimuli ad beneficentiam inducant 48. — Quibus largiendum sit 49.

§ 2. De matrimonio.

Num Clemens hanc rem scripto nobis deperdito tractaverit 50—51. — Num Clemens matrimonio junctus fuerit 51—54. — Vir doctus Tollinton hoc affirmans Paed. III c. XI 58, 2 immerito affert 52—53. — Clementis hac de re cum gnosticis disputationes 54—58.

a) De coelibatu: Variae auctorum sententiae 58—60. — Quomodo inter locos ab auctoribus allatos distinguendum sit 58. — Diversorum locorum aestimatio 59—63.

b) Clementis doctrinae expositio: Matrimonii definitio 63. — Matrimonii contrahendi stimuli 64—65. — Quid de quibusdam censendum sit 65—66. — Matrimonii integritas 66. — Auctor hanc integratatem acriter defendit 66—67. — Quid inter Christianorum et philosophorum continentiam intersit 67. — De conviviis 68. — Continentiae stimuli 68. — Omnes fere ad religionem referri possunt 68. — De monogamia 69. — Tum rei familiari tum liberorum saluti prodest 69. — De matrimonii indissolubilitate 69. — Clemens matrimonium prorsus indissoluble habet 69—70. — De matrimonii libertate 70. — Quare auctor matrimonium tantopere commendet 70. — De matrimonii ineundi aetate 71—72. — De secundo matrimonio 72—75. — Quidam Clementem secundum matrimonium aversantem nobis proponunt 73. — Auctor secum pugnantia loqui videtur 73—74. — Quomodo haec difficultas fortasse solvenda sit 74—75. — De ratione quae marito cum conjuge intercedat 75. — Auctor mutuum imprimis amorem commendat 75. — De muliere 76—81. — Summam libertatem mulieri auctor in re morali vindicat 76. — Animi ingenique cultum quoque ei repetit 76. — A viri feritate eam defendit 76—77. — Acriter depravatos feminarum mores reprehendit 77—79. — Ad domestica imprimis negotia eas exhortatur 79. — Dein quoque iis inculcat, ut viros suos a pravis moribus revocent 79—81. — De liberorum educatione 81. — Auctor pauca tantum nobis tradit 81. — Parentes liberis exemplo sint 81. — Educationis definitio 81. — Aeternam felicitatem principalem auctor educationis finem designat 82. — Severitatem commendat 82. — Intimam tamen consuetudinem parentes inter et filios exoptat 82—83. — Quaedam educationis media 83—84. — Liberi reverentiam, non vero servilem timorem parentibus exhibeant 84. — De expositione infantium 84. — Quare auctor parum ad rem judicandam afferat 84. — Expositio Alexandriae satis frequens fuisse neque in sola plebecula existisse videtur 84.

Clementis doctrina cum Veterum enuntiationibus comparatur 85. — De stimulis matrimonii ineundi 85—86. — Praecipue auctor a scriptoribus antiquis discrepat a) cum de illegitimo concubitu quaeritur vel b) consuetudo illa quae mulieri cum viro intercedat, agitatur 86—89.

§ 3. De servitute.

Quare servitus esse desierit 90. — Nostrae disputationis finis 90. — Clemens et Stoici eadem fere tradunt 91—92. — Vir doctus Vollmann Ecclesiam hac in re nihil egisse, Stoicos servitutem vere mitigasse putat 92. — Quid hac de re censendum sit 93—95.

Caput III.

De sententiis politicis.

§ 1. De republica.

Quid primaevi Christiani de republica senserint 96 sqq. — Vir doctus Weinel eos rempublicam vehementer aversantes facit 96—98. — Quid hac de re censendum sit 98—100. — Num Clemens animo a republica alieno fuerit 100—101. — Quid Clemens de variis imperii formis tradiderit 103. — De legibus 103. — De jure poenae 103—104. — Clemens hac in re antiquorum sententiam prorsus refert 104.

§ 2. De militia.

Quid Sacra Scriptura de militia docuerit 104—105. — Christiani hac in re dissidebant 105. — Mitiori sententiae Clemens annumerandus est 105. — Quid Clemens senserit 105—106. — Num Clemens sibi ipsi contradicat.

§ 3. De jurejurando.

Quid Sacra Scriptura de jurejurando statuerit 107. — Quid primaevi Christiani hac de re senserint 107—109. — Clementis sententia 109.

§ 4. De vectigalibus.

Per pauca, neque ea directe, auctor tradit 109.

§ 5. De muneribus publicis.

Judicium officium et publicanorum munus auctor tantummodo commemorat 110.

Clemens religionem Christianam semper cum „saeculo“ reconciliare studet, quamquam declinationis causae non deerant 110. — Harum causarum quaedam enumerantur 110—113. — Quid Clemens in tanta rerum vertigine egerit 113—114.

Praefatio.

De Clemente Alexandrino saeculis labentibus adeo multi jam scripserunt, ut ad libros ejus iterum pertractandos se accingens, ne operam perdat jure quis vereri possit. Qui enim auctorum indicem, a Meyboom¹⁾ exhibitum, vel obiter perlegerit, hanc terram omni ex parte jam exultam atque subactam esse primo obtutu in animum facile inducat.

Cum vero progrediente cultu atque humanitate necessitates quoque hominum excreverint, eorum inter ipso consuetudines et conjunctiones adeo multiplices evaserunt, ut veteres rerum efficiendarum atque distribuendarum rationes longe excederent; inde quoque factum est, ut non tantum oeconomiae et sociologiae disciplinae in immensum sese extulerint, sed hominum quoque animi in Veterum sociologicas et oeconomicas res studio quodam et amore sese converterint.

Ad nostrum vero quod attinet, auctores hanc rei rationem vel cursim attingunt vel partim tantummodo tractant. Quid igitur Clemens de oeconomicis et sociologicis hominum rationibus senserit indagare et omni ex parte lectoribus explicare operaे pretium esse duximus. Ad rem omnem absolvendam tertium de politicis auctoris sententiis caput adjunximus.

Hunc igitur laborem quo modo aggressi simus et quem finem attingendum nobis proposuerimus, brevibus verbis exarare fas est. Et primo quidem lectorem, ne plus quam res sinat exspectet, monere nobis liceat. Tollinton²⁾ enim in sua praefatione Archiepiscopi Benson dictum aliquod affert, quo vir ille doctissimus, in libro suo qui „Cyprian“ inscribitur, gravem illum errorem significat: „the reading of the present in the past“. Haec verba in Clementem et in Patres universos eatenus saltem quadrare mihi videntur, quod oeconomiae et sociologiae disciplinae ex eorum scriptis fructum non percipient. Hae enim disciplinae a temporum eorum infantia et simplicitate longe recesserunt. Accedit, quod scriptores illi, non ut artis periti rem aggredientes, eas ulterius provehere non conabantur.

¹⁾ H. U. Meyboom, Clemens Alexandrinus, p. 251 sqq.

²⁾ R. B. Tollinton, Clement of Alexandria, a study in christian liberalism, p. VIII.

Cum vero illa quaestio agitur, quae etiamnum hominum mentes occupat, quatenus nempe oeconomiae et sociologiae disciplinae cum re morali cohaereant ab eaque dependeant, res longe aliter se habet. Haec enim disceptatio, quae artium perfectione non regitur, sub philosophiam et theologiam subjecta est.

Generalis autem hujus quaestionis solutio ad nos sane non pertinet eamque, prout quisque de vita sentiat, dissolvat. Cum vero Clementem pro religione sua oeconomiam et sociologiam cum re morali quasi sponte intime conjungentem conspicimus¹⁾, id saltem quod vir clarissimus Harnack contendit²⁾, confirmari videtur, religionem nempe Christianam non meram quidem oeconomiae et sociologiae fontem existimandam esse, ab altera vero parte eam, ob dotes natura ei inditas, multum ad rem oeconomicam et sociologicam valuisse. Praeterea syncretismi seu fusionis illius, qua Christianae religionis praecepta cum antiquae humanitatis elementa coalescerent et novum quendam cultum constituerent, singulare specimen auctor existit. Cui fusioni tum locus et tempora tum auctoris indeoles mirum in modum favebant.

Ad primum quod attinet, brevem illam Alexandriae descriptiōnem afferre sufficit, quam Courdaveaux nobis exhibet scribens³⁾: „Alexandrie n'est pas seulement le grand entrepôt commercial de l'Orient et de l'Occident, mais l'entre�ot intellectuel aussi de toutes leurs doctrines, le confluent où venaient se réunir toutes leurs idées. Brahmanisme, persisme, bouddhisme, religion égyptienne, philosophie grecque, tout s'y rencontrait et s'y mêlait, se heurtant ou se fondant, mais dans tous les cas préparant les esprits à une largeur de pensées, à une estime pour la raison et à un besoin de s'entendre avec ceux mêmes, qui devaient difficilement se produire ailleurs.“

Ipse vero auctor tam magnam litterarum scientiam, tam ardens cognitionis studium, tam indulgentem demum animum ostendit, ut unitatis elementa intimo quasi sensu percepisse dicendus sit.

¹⁾ cfr. *Introductio in c. I.*

²⁾ cfr. A. Harnack, *Aus Wissenschaft und Leben. II. B. Das Urchristentum und die sozialen Fragen*, S. 253—276.

³⁾ Revue de l'*histoire des religions*, publiée sous la direction de Jean Réville XXV (1892) p. 289, quem locum allegat Wilhelm Capitaine, *Die Moral des Clemens von Alexandrien* (Paderborn 1903), p. 2 in nota. cfr. praeterea: Hermann Thiersch, *An den Rändern des römischen Reiches*, p. 1—28. Ludwig Friedländer, *Darstellung aus der Sittengeschichte Roms*⁵, II 133 sqq. Th. Mommsen, *Römische Geschichte*⁵, V 553—619.

Plerisque igitur paragraphis brevem comparationem inter Clementis et Antiquorum placita adjungentes, tum propria tum communia eruere conati sumus. Hac vero in re non ita egimus, ut certi cuiusdam auctoris vestigia in nostro perscrutariemur. Hoc enim jam alii plus minusve prospero eventu fecerunt, nec res scopolis caret. In Clemente enim tam intime religionis christiana et Sacrae Scripturae effata cum philosophorum placitis conjuncta esse, ut unum illaeso altero vix eruere possumus, jure Hense¹⁾ monet.

Peculiarem praeterea difficultatem affert, quod Clemens hujus syncretismi sibi conscius fuisse dicendus est. Ipse enim bis saltem se ideo philosophorum verbis usurum esse testatur, ut „omnibus omnia factus“²⁾, doctrinam suam viris quoque doctis commendet. Praeterea eum a Christianis suis accusatum fuisse, quod litteris nimis indulgeret, ex ipso auctore novimus. Quam criminacionem eo dissolvit, quod religionis Christianae praecepta in philosophorum effatis quasi in germine abscondita reperiat.

Haec vero ingenii ejus natura majoris dubitationis et erroris ansam praebere mihi videtur. Antiqui enim philosophi, imprimis Stoici, et religio Christiana multis rebus conspirant. Quod igitur Clementem sensus suos philosophorum verbis prosequentem videmus, scrupulum nobis ex animo non evellit, utrum verborum tantummodo elegantiam et subtilitatem an ipsam quoque rem a philosophis sumpsisse dicendus sit. Haec autem disceptatio, aestimanda potius quam argumentis et rationibus confirmanda, ex toto auctoris tenore magis quam ex singulorum verborum concentu diluenda esse mihi videtur. Cum igitur Clemens in tanta opinionum vertigine a religionis Christianae doctrina longe non decesserit³⁾, eum verbo potius quam re cum philosophis fecisse sponte adducimur ut credamus.

De Clementis vita et scriptis non est quod loquamur. Plerique enim auctores in suis praefationibus perpaucia, quae de eo traduntur, diligenter perscrutati sunt.

Editionem denique Stählin⁴⁾ huic opusculo subjecimus.

¹⁾ In praefatione sua ad C. Musonii Rifi Reliquias. Teubner 1905.

²⁾ ep. B. Pauli Ap. II ad Cor. 9, 22.

³⁾ cfr. hac de re Capitaine l. c., p. 63—4 et aliorum testimonia, quae auctor ibidem affert.

⁴⁾ Otto Stählin, Clemens Alexandrinus, herausgegeben im Auftrage der Kirchenväterkommission der Königl. Preußischen Akademie der Wissenschaften, Leipzig. J. C. Hinrichs 1905.

Caput I. De sententiis oeconomicis.

Introductio.

De Clementis sententiis oeconomicis acturi, aliqua praedicamus oportet, ut tenorem doctrinae ejus et naturam dictorum, immo eorum paucitatem in hac materia rite intelligamus.

Quoniam progreidente cultu atque humanitate necessitates quoque hominum in dies magis augmentur et variae artes commeatusque subsidia his praesertim temporibus valde excreverunt, mirum non est, doctrinam quoque oeconomicam, nostris imprimis temporibus, altius sese extulisse et omni ex parte indagatam et excultam esse. Necessitates enim hominis vim et sagacitatem excitant et ita factum est, ut docti homines, ultimis praesertim saeculis, ad res oeconomicas mentis acumen crebro applicaverint. Novae quoque inventiones, machinarum potissimum usus, quae veteris artificii rationes penitus everterunt, veram rerum oeconomicarum commutationem attulerunt. Ex omnibus hisce causis disciplina non tantum magnum incitamentum cepit, ita ut antiquitatis oeconomiae longe praestet, verum etiam jure quodam nova doctrina dici possit.

Antiquitatis enim docti homines, inquit Pesch¹⁾, historica hujus disciplinae parte plus minusve neglecta, omnem mentis vigorem in philosophicam ejus partem converterunt. Leges communitatis et societatis humanae ex natura hominis deducentes variarum societatum essentiam indagarunt, naturalem ubique finem praedicaverunt, effigiem diversarum societatum depinxerunt. Ab angustioris vero doctrinae labe, quasi temere de re oeconomica judicaverint, auctor eos vindicat. Haec enim, inquit, rei tractatio, quae mente et ratione doctrinam aggreditur, quaeque, si veram rei rationem exigis, ex veritate vitae semper procedit, ut exinde mente alata sese extollat et ex altis con-

¹⁾ H. Pesch, Lehrbuch der National-Oekonomie I², p. 79 sqq.

temptationis regionibus novum huic mundo lumen afferat — hoc prae ceteris munus explere debet, ut necessarias cognitiones nobis transmittat stabilesque veritates et praecpta nos doceat. Ut cumque res se habet, contraria agendi ratio, quae saepe novae disciplinae objici potest, multo minus auctori probatur; quippe quae hominum societatisque destinata ratiocinatione deducta spernat, mechanico-causal — ut aiunt — considerationi solum intendat, hominis societatisque progressum cum re physica confundat etc. (p. 80). Altera vero ex parte disciplinam oeconomicam philosophico-theoretica hac tractatione comprehendi non posse auctor demonstrat. Ut enim argumentum hujus doctrinae plene dilucideque perspiciat, historica genetica quoque investigatio adhibetur oportet. Essentia enim ortuque societatis exinde illustratis ejusque praecipuorum generum progressionе historica patefacta efficitur, ut eventuum nexus nobis appareat et praesentia quodammodo tempore acto adumbrentur.

Souchon contra¹⁾, Graeciae philosophis, maxime Socraticis vitio dat, quod oeconomicam cum re morali semper confundant: „les Grecs d'abord n'ont jamais su isoler l'économie et la politique de la morale“ (p. 32). Et sententiam suam dilucide paulo infra declarat. Postquam enim oeconomicam nostris quoque temporibus in id tendere animadvertisit, ut se cum doctrina de moribus confundat, ut hanc confusionem a veterum philosophorum toto coelo diversam esse ostendat, causam ejus allegat scribens: „elle (causa) est dans l'excès d'indépendance de l'économie politique du XVIII siècle vis à vis de toutes les idées étrangères au désir de la production. Mais si la singularité du contraste qui est entre la ‚science sans entrailles‘ et nos inquiétudes de solidarité, a pu conduire aux retours dont nous sommes les témoins, ils ne sauraient en aucun cas altérer la physionomie de l'économie politique tout entière; et ils laisseront forcément sans changements les théories les mieux achevées au cours de notre siècle, toutes celles qui supposent légitimement l'homme purement économique d'Adam Smith“.

Cum prior ille Souchonii locus modo allatus in Clementem quoque nostrum quadret, operaе pretium erit exponere, ex quo fonte utraque²⁾ illa „confusio“ emanet. Dein brevi summum

¹⁾ in libro qui inscribitur: Les théories économiques dans la Grèce antique, Paris 1898.

²⁾ i. e. cum a veteribus philosophis, tum a Clemente facta.

scholae „classicae“ principium enucleantes statuere conabimur, qua ratione Clemens tum a veteribus philosophis, cum a multis modernae oeconomiae asseclis abest.

Souchon vero, cum indagat qua ratione veteres illi philosophi oeconomiam cum doctrina morali confundant, eorum potissimum opinioni sese opponit, qui hanc confusionem ex eo deducant quod Graecorum de moribus doctrina hominem societati plane subjiciat. Haec quidem opinio, inquit auctor, non omni fundamento caret. Socratici enim enixe contenderunt, ut homines ad labores societatis causa suscipiendos inducerent. Socrates jam virtutis palmam amicitiae illi, quae germen concordiae civilis continet, i. e. obedientiae legum earumque strictae observantiae adjudicat. Plato vero in libro suo qui Respublica inscribitur, hanc doctrinam ad ultimam consequentiam deducit. Omnes veteres philosophi, aiunt, id sentiunt, civitatem homines suo libitu formare eosque suis finibus adaptare posse. Civitatis ergo est homines ad virtutes instituere et coercitione ea praesertim vitia opprimere; quae civitatis commodis sese opponunt.

Haec vero quaestionis solutio a Souchon valde improbatur. Philosophi enim ut Socrates, Plato, Aristoteles majores ei videntur quam ut inhumane homines civitati tanquam idolo sacrificant. Insuper doctrinas eorum diligenter perquirendas esse declarat ut earum nexus cum doctrina de moribus plane intelligatur. Cum igitur Socrates in scenam prodiret, fundamenta civitatis labefactata erant. Caecus ille amor patriae cum devotione sui prorsus evanuisse videbatur. Studia partium rursus amorem sui in immensum augebant. Sophistae insuper scepsi sua veteris religionis fundamenta subverterant. His igitur dissolutionis principiis sese opponens Socrates veritates, quae patres ad culmen honoris evexerant, in integrum restituere conatus est. Cum autem mentis opera destrui nequeant immo, vi adhibita altius radices ducere soleant, Socrates novo temporis cursui non ex adverso sese opposuit sed veritates antiquas armis ex Sophistarum castris petitis restituere constituit. In hoc vero munere explendo Socratem semper inter duo contraria haerentem videmus. Individualismum enim expressis verbis propugnans, jura simul privatae conscientiae strenue vindicat. Ab altera vero parte contendit, hominum conscientiam a scopo aberrare nisi ad virtutes civiles conducat. Philosophia ergo hominem ad munia antiquae civitatis conducat et nova illa

disciplina moralis a vetere religione eo tantum diserepet quod scientifico fundamento non careat. Haec vero solutio, ait Souchon, eo sibi non constat quod homini devotionem in eam civitatem imponit, quae aliunde inimica saepe apparet. Ut vero antiquus ille patriae amor renasci denuo posset, civitas ipsa emendanda fuisse. Quod vero Socrates hoc non perspexit effecit, ut philosophia ejus imperfecta maneret.

Plato vero et Aristoteles eo ipso bene de re oeconomica meriti sunt, quod renovationis moralis initium a civitatis restauratione repetendum esse intellexerunt. Quod ad Platonem pertinet, in „*Republica*“ sua civitatem profecto aristocraticam sibi effingit neque contendit, ut ordinum differentias conditionum officiorumque unitate tollat: respublica autem, ab omnium partium studio libera et omnium commodo unice intenta hos ordines, conditionum varietate diversos, pace communi inter se conjungat oportet. cfr. *Leges* I 628 C. III 697 D. *Resp.* V 462 D. VII 519 E. *Gorgias* 507 C.

Aristoteles vere, rerum naturae studio magis adductus, inquit Souchon, disciplinae moralis exemplar non tam perfectum omnibusque numeris absolutum sibi effinxit; idem tamen argumentum, quamquam aliquatenus obscuratum in scriptis ejus invenimus. Rempublicam quoque somniant in qua ordinum studia et cupiditates soli curae justitiae communis cedere debent (Souchon p. 43 et 44)¹⁾.

Ut vero Souchonii placita paucis verbis comprehendamus: Socratici doctrinam moralem et oeconomicam inter sece confuderunt. Haec autem confusio non ex eo profecta esse videtur, quod hominem societati prorsus subjiciunt propriumque ei finem denegant, sed ex eo quod civitatem ejusque legem ut normam et regulam totius vitae humanae considerant.

Verba Souchonii de Socratis allata ad Clementem quoque nostrum pertinere supra jam diximus. Oeconomiam enim cum doctrina de moribus semper conjungit. Re autem accuratius inspecta hanc considerandi rationem in religionis Christianae professione fundatam esse facile apparebit. Quod breviter ipsius Clementis verbis, quatenus fieri potest, illustrabimus.

Religio Christiana et exinde philosophia Christiana Deum infinite sapientem, mundi Creatorem ejusque Rectorem esse et

1) Quoad locos vide Pöhlmann, Geschichte des antiken Communismus und Socialismus, p. 168 et 169.

naturali lumine rationis demonstrari posse contendit. Scribit enim S. Paulus Apostolus, Gentiles, cum ad Dei notitiam ex creaturis pervenerint Eum autem rite non coluerint, culpa liberari non posse¹⁾. Idem Clemens noster sentit ubi de Gentilibus a Deo ob infidelitatem judicandis et puniendis scribit: Str. VI c. XIV, 110, 3: „οὐ μόνον τοῖνυν ὁ πιστός, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐθνικὸς δικαιοίατα κρίνεται. ἐπειδὴ γὰρ ἦδει ὁ Θεός, ἄτε προγνώστης ὅν, μὴ πιστεύοντα τοῦτον, οὐδὲν ἤππον, ὅπως τὴν γέ καθ' ἔαντὸν ἀναδέξῃται τελείωσιν, ἔδωκεν μὲν φιλοσοφίαν αὐτῷ, ἀλλὰ πρὸ τῆς πίστεως, ἔδωκε δὲ τὸν ἥμιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα εἰς θρησκείαν, ἢ ἐποίησεν ὁ Θεός τοῖς ἔθνεσιν, φησὶν δὲ τόμοις, ἵνα μὴ τέλεον ἀθεοὶ γενόμενοι τελέως καὶ διαφθαρῶσιν.

Concinne haec quoque in „Cohortatione ad Graecos“ exprimit ubi de simulacris manufactis loquens eorumque inanitatem describens exclamat: c. X 98, 2: ἡκόντων οὖν ἀνθις, οὐ γὰρ ἀνήσω καλῶν, οἱ μιχοτέχναι. οὐδείς πον τούτων ἐμπνουν εἰκόνα δεδημιούργησεν, οὐδὲ μὴν ἐν γῆς μαλθακὴν ἐμάλαξε σάρκα. τίς ἔτηξε μυελὸν ἢ τίς ἐπηξεν δοιέα; τίς νεῦρα διέτεινεν <ἢ> τίς φλέβας ἐφύσησεν; τίς ἀιμα ἐνέχεεν ἐν αὐταῖς ἢ τίς δέρμα περιέτεινεν; ποῦ δὲ ἀν τις αὐτῶν διφθαλμοὺς ποιήσαι βλέποντας; τίς ἐνεφύσησε ψυχήν; τίς δικαιοσύνην ἐδωρήσατο; τίς ἀθανασίαν ὑπέσχηται; μόνος δὲ τὸν δλων δημιούργος, δὲ „ἀριστοτέχνας πατήρ“, τοιοῦτον ἄγαλμα ἐμψυχον ἡμᾶς τὸν ἀνθρωπον ἐπλασεν. cfr. quoque Cohort. VI 69, 1. IV 63, 1—64. Str. V c. XI 74, 2.

Ex hac doctrina de Deo Creatore necessario sequitur, Deum, cum hominem creavit, certum aliquem finem et quidem ab infinita sua sapientia non abhorrescentem, sibi proposuisse. Hunc vero finem Deus non tantum mente concepit sed etiam ut legem aeternam promulgavit. Quae lex in natura rationis experti ut lex communis naturae nobis appareat, hominem vero, utpote ratione praeditum, naturali lumine rationis illustrat ut clare cognoscat quid facere debeat, quem finem Deus ei proposuerit. Neque intimos tantum hominum sensus sed etiam usum rerum externarum civiumque inter se commercium ordinat. Deus enim mundum quem cernimus homini quidem destinavit ut corporis animique facultates excolat, plenum vero ejus dominium non concessit. Id enim potissimum homo agat oportet, ut grato pro beneficiis animo Deo serviat. Coh. ad Graecos XI 115, 1: „δλίγησ πίστεως γῆν σοι δίδωσι τὴν τοσάντην

1) cfr. epist. ad Rom. I 18—22.

γεωργεῖν, ὅδωρ πίνειν καὶ ἄλλο πλεῖν, ἀέρα ἀναπνεῖν, πῦρ ὑπουργεῖν, κόσμον οἰκεῖν ἐντεῦθεν εἰς οὐρανὸν ἀποικίαν στείλασθαι σοι συγκεχώρηκεν· τὰ μεγάλα ταῦτα καὶ τοσαῦτά σοι δημιουργήματα καὶ χαρίσματα δλίγης πίστεως μεμίσθωκεν.“ Delectatio igitur appetitusque expletio, cum de rerum externarum usu res agitur, numquam maximum pondus habet. Haec Clemens insinuat cum scribit: Paed. II c. III 38, 3: καθόλον γὰρ καὶ τὰς τροφὰς καὶ τὰς ἔσθῆτας καὶ τὰ σκεύη καὶ τὰλλα πάντα τὰ κατὰ τὸν οἶκον συλλήβδην λέγω ἀκόλουθα εἶναι ταῖς ἐνστάσεσιν τοῦ Χριστιανοῦ δεῖ κατὰ τὸ πρόσφορον οἰκειούμενα τῷ προσώπῳ, τῇ ἡλικίᾳ, τῇ ἐπιτηδεύσει, τῷ καιρῷ. ἐνὸς γὰρ ὅντας θεράποντας θεοῦ χρὴ καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς ἐπιπλα ἐνὸς ἐπιδείκνυσθαι σύμβολα βίου καλοῦ, καὶ τὸν καθ' ἓν τῶν ἀνθρώπων ἀδιακρίτῳ πίστει, τῇ μονοπροσώπῳ ταύτῃ ἐνστάσει, τὰ ἔξῆς ἀκόλουθα καὶ σύμφωνα τῇ διαθέσει τῇ μᾶ φαίνεσθαι ποιοῦντα.

Quatenus lex illa naturalis veri rectique societatis rationes ordinat, jus naturae nuncupatur. Hoc autem non tantum reipublicae exemplar est verum etiam imperio suo nos obstringit. Hoc jus, naturali rationis lumine promulgatum, naturale quoque dicitur quatenus hominum fines, in natura fundatos, tuetur et auget et quatenus, cum hominis rationes ad communitatem pertinentes ultimo ejus fini obedientes praebeat, reipublicae legibus praevalet.

Philosophia igitur illa theismi, quae rerum universitatem a Deo proprio fine creatam esse contendit, asseclas suos necessario inducit, ut jus illud naturale agnoscant proindeque doctrinam de moribus ad omnes hominum actus adhibeant.

Cum vero religio Christiana non tantum theismum profiteatur, verum etiam naturale rationis lumen mirum in modum Dei revelatione illustratam esse doceat, efficitur, ut philosophus Christianus nexum illum doctrinam moralem inter et oeconomiam magis etiam astringat. Ingenium enim humanum, sibi ipsi permissum, variis animi perturbationibus obumbratum, facile in errorem incidit. Ad finem igitur suum plane dilucideque cognoscendum supernaturali revelationis lumine indiget. Philosophia enim, ut scribit Clemens, Deum aliquatenus adumbrat, accurate autem de Eo non disserit¹⁾.

¹⁾ Str. VI c. XV 123, 2: ἵγοντι φιλοσοφία πρόσοιαν καταγγέλλοντα καὶ τοῦ μὲν εὑδαιμονος βίου τὴν ἀμοιβήν, τοῦ δ' αὐτοδαιμονος τὴν πόλασιν,

Idem cogitatum in Str. I c. I 10, 1 eloquitur et saepenumero eodem redit, philosophiam nempe Graecorum adjumentum esse quo facilius ad veram (fidei) veritatem perveniamus.

Ex hac brevi explicatione satis elucescit, Clementem fidei Christianae professione necessario adductum fuisse, ut in omnibus rebus finem hominis ultimum respiceret et doctrinae de moribus rationem haberet. Quatenus vero hoc „confusio“ dicenda sit ex eo dependet, quod quisque de vita sentit.

Verum et alia quaestio nobis consideranda est. Longum est omnia oeconomicorum systemata ordine hic explicare et ad rem nostram omnino non pertinet. Cum vero Souchon verbis allatis summo saltem principio scholae „classicae“, ut vulgo dicitur, addictus esse videatur, brevi principium illud enucleabimus, praesertim cum schola illa etiamnunc multum valeat¹⁾. Hujus disciplinae caput, ut ait Diepenhorst, quod identidem apud Smith et apud scholae asseclas occurrit in eo consistit, quod in exstruenda disciplina sua ab illo homine proficisci sibi licere putant, qui omnes actus oeconomicos, una tantum acquirendi cupiditate impulsus, faciat. Hoc vero non ita intelligendum est, quasi hujus disciplinae fautores honestiores cupiditatis stimulus in homine non agnoscant vel magnum religionis, juris, honestatis momentum negent. Verum, cum de pactione oeconomica res agitur, altiores vitae rationes negligendas esse putant. Herus et mercenarius, venditor et emptor, qui merces producit quique eas consumit, omnes id unum intendunt, ut minimo labore quam maximum commodum sibi comparent. In hoc ergo rerum externarum studio cupiditas modo valet, ideoque omnibus aliis stimulus supersedendum esse putarunt, ut unius cupiditatis rationem haberent (Leerboek der Staathuishoudkunde van Mr. Pierson I d. 2^e dr. p. 190 a Diepenhorst cit.). Ita factum est ut doctrina oeconomica, dogmatis vinculo absoluta et ab omni opinione praejudicata libera, pede alato sese extulerit et verae scientiae cacumen tandem aliquando attigerit.

Hanc vero rei considerationem et illam „liberae scientiae“ postulationem ulterius indagare ad nos non pertinet. Ad

περιληπτικῶς θεολογεῖ, τὰ πρὸς ἀποβίταιν δὲ παὶ τὰ ἐχὶ μέρους οὐκέτι σώζεται. οὕτε γάρ περὶ τοῦ νιοῦ τοῦ θεοῦ οὕτε περὶ τῆς κατὰ τὴν πρόσωπαν οἰνορούλας δμοιῶς ἡμῖν διαλαμβάνεται· οὐ γάρ τὴν κατὰ τὸν θεὸν ἔγρω θρησκευεται.

¹⁾ fr. Mr. P. A. Diepenhorst, Voorlezingen over de economie. Deel I (Geschiedenis), p. 82 sqq.

Clementem nostrum melius intelligendum statuamus tantum oportet, duas naturae explicaciones, e diametro sibi invicem oppositas nec unquam conciliandas, hic nobis occurrere. Scientiae enim liberae fautores philosophiam Christianam, praejudicij labe, ut aiunt, infectam, ad verae doctrinae acquisitionem perventuram esse negant. Philosophi contra Christiani principio illi „hominis oeconomici“, quod proprii commodi tantum rationem habet, studia partium et multa rerum oeconomicarum incommoda tribuunt. Cum enim Deum mundi Creatorem gubernatoremque nos ponimus, rerum quoque temporalium usum certis legibus, quae sine mundi detimento infringi nequeunt, ab Eo circumscriptum esse necessario inde sequitur.

Antequam vero Clementis doctrinam de acquisitione deque usu rerum externarum aggredimur, hoc unum nobis jam addendum est, ut enuntiatur ejus in hac materia paucitatem rite explicemus. Miretur enim quis Clementem, qui in multis vitae quaestionibus satis acrem et industrium sese ostendit, hanc rem tam obiter tetigisse. Et eo magis haec admiratio oriatur quod Clemens magnam vitae suae partem in urbe, mercatura et artibus florentissima degit, immo sacerdos Christianos, in medio vitae cursu positos, ope et consilio adjuyit. Hoc vero facile explicatur si id, cuius causa scripsit, recte perspicitur. Clemens in „Cohortatione ad Graecos“ id unum spectat, ut religionem Christianam inter Gentiles diffundat, ceteris vero scriptis conversos doctrina Christiana imbuere et ad majorem sanctitatem educere conatur. Unde factum est ut non tantum rem moralem respiciat, verum etiam hac una ratione oeconomiam consideret. Unde antiquorum doctrinam non modo non complet sed aliquas questiones vel non tractat vel obiter tantum perstringit.

§ 1. De mediis ad res temporales producendas Clementem propter specialem potissimum operis sui finem de oeconomia diserte non scripsisse supra jam monuimus. Cum vero sacerdos in ecclesia Alexandrina per multos annos Christianos sibi concreditos regeret et princeps scholae illius catecheticae principia religionis christiana doceret discipulorumque dubia solveret, fieri non potuit, quin aliquot saltem quaestiones quasi per transennam attingeret; praesertim cum ejus temporibus vehemens quaestio agitaretur, num divitiarum possessio Christianae religionis principiis repugnaret. Inde factum est

ut quasdam memorabiles de hac materia observationes nobis reliquerit.

Ut vero ordine procedamus in hac paragrapho media ad res temporales acquirendas quidque de iis Clemens senserit tractabimus, sequenti vero rerum distributionem, imprimis vero quaestionem illam de divitiarum possessione inspiciemus.

a) De labore.

Cum videamus¹⁾ Clementem divitiarum possessionem per se honestam duxisse, immo peculiaria pericula bene perspexisse, quae paupertas Christiano in finem suum ultimum nitenti objicit, exinde jure deduci potest eum improbare non posse, homines proprio labore id expetere, ut divitias sibi acquirant. Videbimus quoque Clementem hunc laborem diserte commendasse. Haec autem aestimationis ratio nec sola nec praecipua fortasse ei fuit.

In considerandis iis, quae Clemens de acquirendis deque aestimandis rebus temporalibus docuit, sociologia et oeconomia nos continent, scientiam, artes liberales, religionem non tractabimus. Cum igitur quaeritur, quanti Clemens laborem fecerit, opera tantum servilia, quae dicunt, respicimus. Quod vero ad mentis agitationem pertinet, auctorem hanc labore manuum multo pluris aestimavisse universe monere satis esse duximus. Hoc vero ex eo clare apparet quod in Stromateon libris enixe et identidem operam dat, ut doctrinae studium a multorum fastidio et impetu defendat. cfr. Str. I c. I 18, 2, c. V 27, c. VII 37, 1, c. XIX 94; Coh. ad Graecos, VI 68; Str. VI c. XVII 153; Str. VII c. I 1, 4, c. XVI 104, 5.

Manuum autem labor variis in locis et variis ex causis ab auctore commendatur. In Str. III c. VI libri Proverbiorum verba afferens (Prov. 10, 4) paupertatem viri probrum, laborem vero divitiarum originem nominat: „πενία,“ δὲ, ἀνδρα ταπεινοῖ χεὶρες δ’ ἀνδρεῖων πλούτιζοντι.“ Verba Sⁱ Pauli Apostoli in epist. ad Eph. 4:28 animo ejus obversata esse videntur cum in Homilia c. 13,1 paupertatis incommoda tractans Christiano, de salute animae suaे sollicito copiam quamdam paupertati anteponendam esse contendit. Praestat enim inopiae curis non premi sed potius habere unde aliorum quoque egestati subveniamus. Et in Str. I c. XVIII 90,2 verba ejusdem Pauli epistulae 4:24, 25^a proferens scribit: δικέπιον μηκέπι κλεπτέο,

¹⁾ cfr. Clementis Homilia quae inscribitur: οὐδὲ σφεδόμενος πλούσιος;

μᾶλλον δὲ ποιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθόν. Hic igitur auctor legem veri rectique causam laborandi inducit. Eandem vero rationem in Str. V c. VIII 52 invenimus ubi scribit: *ναὶ μὴν δταν λέγῃ „οὐ φάγη τὸν ἀετόν, τὸν δξύπτερον καὶ τὸν ἵκτινον καὶ τὸν κόρακα“, „οὐ πολλήθησῃ, φησίν, οὐδὲ δμοιωθήσῃ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, οἱ οὐκ ἴσασι διὰ πόνου καὶ ἰδούτος πορίζειν ἔαντοις τὴν τροφήν, ἀλλ’ ἐν ἀρπαγῇ καὶ ἀρομίᾳ βιοῦσίν“. ἀετὸς μὲν γὰρ ἀρπαγήν, δξύπτερος δὲ ἀδικιαν καὶ πλεονεξίαν δ κόραξ μηρύει.*

Haec vero justitiae ratio ad eos pertinere nequit, qui labore vel haereditate magnas facultates consecuti sunt. Verumtamen ab iis quoque sive animi sive corporis laborem requirit cum in disputatione sua de somno (Paed. II c. IX 81, 4) fas non esse scribit, eos, qui Verbum i. e. Christum vigilantem contubernalem habeant, per totam noctem dormire, praesertim cum dies decrescent¹⁾. Et rationem in eadem disputatione affert. Paulo enim supra quam de modo dormiendi disputavit subjunxit (Paed. II c. IX 78, 5) somnum non ex ignavia sed ad animi post actos labores relaxationem quaerendum esse. Hisce igitur verbis Clemens a Christianis suis postulat ut semper negotio aliquo, sive quod ingenio sive quod corpore exercetur, occupentur. Num vero hanc rationem ad bonum commune pertinentem habere possimus, ita ut Clemens Christianos bono quoque communi semper intentos esse velit, mihi non constat. Religionis vero profecto adest. Scribit enim in 79, 1 verba Christi apud Luc. 12, 35—37 allegans: „ἔστωσαν“ γάρ φησιν, „ὑμῶν αἱ δσφύες περιεξωσμέναι καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι καὶ ὑμεῖς δμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον αὐτῶν, πότε ἀγαλάνσει ἐκ τῶν γάμων, ἵνα ἐλθόντος καὶ κρούσαντος ἀροίξωσιν εὐθέως αὐτῷ. μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, οὓς ἐλθὼν δ κύριος ἐγρηγορίας εῦρῃ“. οὐδὲν γάρ ἀνδρὸς δρελος καθεέδοντος ὥσπερ οὐδὲ τεθνεῶτος κτλ.

Ultimis verbis Clemens innuere mihi videtur Christianos quam plurimum temporis in bona opera insumere debere, quod tempus, in somnum impensum, Dei servitio periit.

1) „οὐδὲ ποιῶ παρρύχιον εῦδειν“ τοὺς ἔροικος ἔχοντας τὸν λόγον τὸν ἐγρήγορον ἐπεγερτέον νύκτωρ, μᾶλιστα όποτε αἱ ἡμέραι φθίνονται· καὶ τῷ μὲν φιλολογητέον, τῷ δὲ τῆς αἰτοῦ τέχνης ἀπαρχητέον, γεναιξὶ δὲ ταλασίας ἐφαπτέον, πάπι δὲ ὡς ἔπος εἴπειν διαμαχητέον ἡμῖν πρὸς τὸν ὄπτον ἡρέμα ἐκ προσαγωγῆς ἐθίζονται, ὡς πλειονα κρότον τοῦ ζῆν διὰ τὴν ἐγρήγορσιν μεταλαμβάνειν (ὅ μὲν γὰρ ὅπτος ὥσπερ τελώνις τὸν ἡμίσυν ἡμίτον τὸν βίον συνδιαιρεῖται κρότον) πολλον γε δεῖ μεθ’ ἡμέραν ἐπιφέπειν καθεέδειν τοῖς καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον εἰς ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις.

Ex altera parte Clementem manuum laborem hominum societati necessarium vel utilem duxisse profecto constat. In Str. enim I c. VII 37 agriculturam et alia hujusmodi vitae utilia vel necessaria nominat. Similia quoque in Str. VI c. VIII 65 nobis occurunt. Laborem vero commendans hanc rei rationem non urget.

Alium stimulum, ad laborem manuum suscipiendum impellentem, concinnum corporis cultum in Paed. III c. X 50, 2 commemorat. Hic igitur laborem ut ludi genus considerat, quo corporis vires apte excoluntur. Christianos suos opinione praejudicata adversus laborem ductos fuisse significare quoque videtur. Laborem enim „non ignobilem . . . domesticum gymnasii vicarium“ nominat. Et in sententiae suae confirmationem Pittaci Mytilaenorum regis exemplo allato, qui nempe ipse molas circumagere solebat, loco citato ita pergit: *καλὸν δὲ καὶ ὕδωρ ἀραιῆσαι τιλ.* Quamquam vero Clemens his quoque verbis laborem ut corporis exercitationem ideoque ut ludi genus considerat, tamen et alio ratio in iis continetur. Ut enim in Paed. III c. IV 26, 1 ubi de usu servorum agit, ita hic quoque Christianos suos inducere studet, ut sibi sufficientes sint. Pro iis quae ipsi facere possumus aliorum auxilium petere nos dedecet.

Clementem laboris compendium intendere verisimile non est. Ex asceseos enim studio, quod omnes eos libros permanat, eum nimis molle viroque indignum ducere potius eluet, si in iis rebus aliorum auxilium quaeramus, in quibus ipsi nobis sufficere possimus. Item nobis in Paed. III c. VI 35, 3 occurrit ubi de virtute agens scribit: *λόγος οὐτος* (scilicet ἡ ἀρετή) *δὲ τὴν τρυφὴν ἔξουμένερος, τὴν δὲ αὐτονομίαν διάκονον παρακαλῶν καὶ τὴν εὐτέλειαν ἔξυμρῶν τῆς σωφροσύνης τὴν ἔγγονον „λάβετε παιδείαν“, φησί, „καὶ μὴ ἀργύριον, καὶ γνῶσιν ὑπὲρ χρονοῖον δεδοκιμασμένον . . .“*

Hic vero *ἀνταρεῖας* amor, qui identidem in Clementis scriptis nobis occurrit, tum vim religionis Christianae, tum Stoicorum placita redolet ut loco suo videbimus.

Quod vero commercium patronos inter et operarios liberos — qui Alexandriae longe majorem fabrum partem praebebant — attinet, ea quae auctor de consuetudine dominos inter et servos scripsit, applicanda esse nobis videntur. Domini benevolo igitur animo operarios prosequantur, hi vero cum obsequio et pietate

sese subjiciant. Ne vero exspectemus Clementem hujus consuetudinis libellum vel modum vivendi in communitate nobis exhibitum esse. Operarium mercede sua dignum, hanc vero mercedem eodem die solvendam esse universe demonstrare satis habet. Str. II c. XVIII 85, 1: ἀρ' οὐ δοκεῖ σοι φιλανθρωπίας εἶναι τὸ παράγγελμα τοῦτο ὥσπερ κάκεῖνο, „μισθὸν πένητος αὐθημερὸν ἀποδιδόναι“¹⁾; ἀνυπερθέτως δεῖν διδάσκει ἐκτίνειν τὸν ἐπὶ ταῖς ὑπηρεσίαις μισθόν παραλύειν γάρ, οἷμα, ἡ προθυμία τοῦ πένητος ἀποφέρειτος πρὸς τούτον²⁾.

De mercedis magnitudine deque operariorum sorte ultra non loquitur.

Haec de labore universe hactenus. Antequam vero speciales acquirendi modos aggredimur, de quadam peculiari Clementis sententia hic nobis disserendum est. Postquam enim in libello suo qui „τίς δὲ σφέδμενος πλούσιος“ inscribitur, divitias per se a coelo non excludere asseruit ita pergit (c. 26, 3): „τί γὰρ ἀδικεῖ τις, εἰ προσέχων τὴν γράμμην καὶ φειδόμενος πρὸ τῆς πίστεως βίον ἵκανὸν συνελέξατο; η̄ καὶ τὸ τούτον μᾶλλον ἀνέγκλητον, εἰ εὐθὺς ὑπὸ θεοῦ τοῦ τὴν τύχην τέμοντος, εἰς οἶκον τοιούτων ἀνθρώπων εἰσφρίσθη καὶ γένος ἀμφιλαφὲς τοῖς χρήμασιν [ἰσχῦν] καὶ τῷ πλούτῳ κρατοῦν; εἰ γὰρ διὰ τὴν ἀκούσιον ἐν πλούτῳ γένεσιν ἀπελήλαται ζωῆς, ἀδικεῖται μᾶλλον ὑπὸ τοῦ γειναμένου θεοῦ, προσκαίρον μὲν ἡδυπλαθείας κατηξιωμένος, αἰδίον δε ζωῆς ἀπεστερημένος“. In hoc textu verba „πρὸ τῆς πίστεως“ de fide Christiana sane intelligenda sunt, ita ut significant: „antequam fidem Christianam amplexus est“. „εἰσφρίσθη“ profecto ut filius; sequitur enim: „διὰ τὴν ἀκούσιον ἐν πλούτῳ γένεσιν“. Verbum „ἰσχῦν“ Stählin delet ita ut verba „γένος ἀμφιλαφὲς τοῖς χρήμασιν“ „genus divitiis pollens“ significare videntur. Hisce praenotatis hunc textum accuratius inspiciamus. Duo enim lectorem valde commovent, „πρὸ τῆς πίστεως“ scilicet et „καὶ τὸ τούτον ἀνέγκλητον“. Clemens de duobus divitias acquirendi modis hic loquitur, de labore dico „βίον ἵκανὸν

1) cfr. Deuter. 24, 14 sq. Levit. 19, 13.

2) Utilitatis rationem, quam ultima verba continent, Sacra Scriptura non exhibet. Clemens vero eam e Philone assumpsit. Scribit enim Philo. De Carit. 7: ἔτι (ἐν τι S) τῶν εἰς φιλανθρωπίαν τεινότων παράγγελμα κάκεῖνο διατάσσεται μισθὸν πένητος αὐθημερὸν ἀποδιδόναι . . . δίπαιον ἢν τὸν ἐπὶ ὑπηρεσίᾳ μισθὸν ἀνυπερθέτως ἀπολαβεῖν . . . διὸ εἰ μὲν εὐθὺς πομίσαιτο, γῆθει καὶ δύννεται πρὸς τὴν ἀποδοσίαν προθυμίᾳ διπλασίοις ἐργασθείης (Text nach Cohn. Philol. 51 [1892] S. 270). Stählin in nota.

συνελέξατο“ et de haereditate „*εἰς οἶκον τοιούτων ἀνθρώπων εἰσφρίσθη*“.

Verba igitur „*πρὸ τῆς πίστεως*“ hos duos acquirendi modos ut Christiano indignos nobis proponere videntur. Praeterea verbis „*καὶ <τὸ> τούτον μᾶλλον ἀνέγκλητον*“ haereditatem, qua bona nullo nostro merito de coelo in sinum nobis dévolant, proprio labore et industriae praferre videtur. Contra, laborem tractantes Clementem hunc Christianis commendare vidimus ut victum sibi quotidianum quaererent. Ad quae specie repugnantia haec **respondenda ducimus**: Verbis allatis ea subesse veri simile est, quae S. Hieronymus in Epist. 120 c. 1 scripsit, quaeque „vulgatam sententiam“ nominat: „Dives aut iniquus aut iniqui haeres“. Haec vero, rite intellecta, scintillam veritatis profecto continent. Si enim omnium magnarum, quae decursu temporum collectae sunt, pecuniarum originem accuratius agnosceremus, saepe fraudem, vim, morum depravationem offenderemus. Nemini quoque dubium esse potest quin aliqui acquirendi modi, ut mercatura, periculosi semper sint scopuli, in quibus hominum justitia saepe naufragium facit. Inde factum est ut primores Christiani, spiritu fidei ferventes, magnas divitias et aliquae vitae genera suspecta saepe habuerint. Ne vero putemus Clementem, pro genio suo indulgenti, divitiis acquirendis obstetisse. Deum statuisse sibi persuasum habet ut homo, res temporales impetrando, media ad vitam temporalem degendam necessaria sibi acquirat (cfr. Str. VII c. VII 48, 1). Existimat quoque hoc ita fieri posse ut tamen justitiae leges non infringantur. Verum Christianorum suorum menti sese accommodat proindeque, ut severiores alliciat, ita ratiocinatur: Divitarum possessionem per se nefas esse ne ducamus. Finge enim paganum ad Christi fidem conversum, ante conversionem suam propria industria et labore vitae necessaria sibi acquisivisse. Num talis peccat si divitiis bene utitur? Vel, si modum forte, quo ante conversionem divitias comparaverit, suspectum habes, fac Christianum splendido loco natum esse ita ut ad facultatum suarum originem omnino non valuerit. Num sola rerum possessio eum a coelo excludere potest? Hoc vero putare nefas est. Deus enim qui fecit, ut homo loco illi nobili nasceretur, injuriam ei inferret, si pro divitiis illis temporalibus aeternam damnationem ei infligeret. —

Profecto quis pergit et ultro quaerat, nonne Christianus, qui ante conversionem suam magnas divitias sibi comparaverit vel „ex iniquitate“ eas haereditate acceperit, ut eas deserat

obstringi possit, quippe cum proprio labore opes acquiri nefas ducatur. Ex tota Clementis doctrina tuto colligitur, eum hanc disceptationem negaturum fuisse. Quaestionem autem non ponit. Hic tantummodo ejus qui vel nascendi conditione vel industria et labore divitias nactus est, exemplum afferendo quaerere intendit, nonne stultum sit putare, ipsam divitiarum possessionem a caelesti vita excludere. Quaestione vero ita posita severiorem sententiam solido fundamento carere demonstrare conatur. Verba igitur „πρὸ τῆς πίστεως“ et „καὶ <τὸ> τούτου μᾶλλον ἀρέγκλητον non ipsius Clementis sententiam exprimere censeo. Adversariorum menti sese accommodans ea tantum scriptis suis inserit, ut eorum sententiam confundat.

Ut vero Clementis de labore sententiam cum antiquorum ejus aestimatione comparemus, paucis verbis hanc exponamus oportet. In qua tamen disputatione quid de manuum labore antiqui senserint exponere satis esse duximus. Id enim potissimum spectatur.

Nostris temporibus, inquit Souchon¹⁾), duo opiniones frontibus adversis secum pugnantes, hac in re maxime vigent. Multi²⁾ enim Graecos, litteris abditos, ea quae ad ad laborem pertinent, mirum in modum neglexisse putant. Cujus sententiae, quatenus Graeciam respicit, firmas rationes afferri posse concedendum esse Souchonio videtur. Loci enim, qui laborem a philosophis antiquis contemni testantur, tam multi sunt, ut auctor quidam³⁾, quem Souchon citat, dicere possit: „Pour tous les penseurs Athéniens depuis Xenophon jusqu'à Aristote le citoyen, digne de ce nom, est celui-là seulement, qui sa situation de fortune rend indépendant des tâches matérielles.“ Tum auctor locos quosdam profert, qui, quantum Socrati a labore abhorruerint, clare demonstrant. (cfr. Xenophon. Oecon. c. IV § 2 et 3. Plato*), Leg. IV 704 B. VIII 846 D. Aristoteles*), Pol. I. II c. VI § 2).

Huic opinioni vero aliqui sese opposuerunt, quorum rationes, inquit auctor, ad haec redeunt. Imprimis falsum esse existimare, societas antiquas existere et crescere potuisse, nisi clare

¹⁾ op. cit. p. 71 sqq.

²⁾ immo multo plures; dicit enim in nota Souchon: c'est là une idée qui est uniformément admise par tous les historiens de l'économie politique.

³⁾ G. Platon: „La démocratie ancienne et le droit fiscal à Athènes“, Devenir social liv. de janv. 1897, p. 11.

* Antiquorum verba, a modernis scriptoribus allata, quaeque ipse inventire non potui, asterisco notavi.

intellexissent, quas partes labor in hominum societate agere debeat. Antiquos quoque omnia oeconomiae officia plane cognovisse. A saeculo VIII Graeciam ut sedem rerum fabrefactarum commercioque expeditarum nobis apparere, marisque interni commercio potitam, figulorum et linteonum opera in omnes terras cultiores jam exportavisse. Immo rusticos, divitiarum cupidine ductos, frequentes rure in urbem demigrasse popularesque illas saeculi VIⁱ et Vⁱ concitationes provocasse; rempublicam Athenensem ex eo tempore sese in commercii studia convertisse. Ceteroquin multum a scopo aberrare qui philosophos Graecos popularibus, manuum labori et mercatura intentis tantum detrectasse asserrent; immo Sophistas eos strenue defendisse. Sophistas quidem locos nobis non reliquisse, qui Socraticorum sententiis adversarentur, Thucydidem vero optime intellexisse, quibus rebus divitiae nascantur. Imprimis verba, quibus Periclem laborem laudantem fecit, Socraticorum sententiis tuto opponi. De Socratis vero facile esse intellectu, qua re adducti, tempus suum tam vitiose expressissent. Eorum enim scholam ex eo ortam esse, quod novo temporis cursui quidam se opposuissent. Tales vero reclamationes vulgi, commercio et fabricationi studentis, diffidentiam excitare solere. Ne igitur, aiunt, singulorum philosophorum placitis tantam vim tribuamus neve optimatum illorum fastidium totius populi sensum exprimere putemus.

Haec Souchon hactenus. Quaestionis vero solutionem non aggreditur. Et rationem addit scribens: „un semblable problème ne comporte pas de solution rigoureusement scientifique“¹⁾.

Nostris²⁾ vero temporibus secundus ille opinionum cursus, a Souchonio allatus, altius sese extulit. Auctores enim, uberioribus indiciis suffulti, ne plus aequo antiquorum scriptorum enuntiationibus tribuamus, sedulo nos admonent. Antiqui namque, cogitata sua litteris mandantes, non communem omnium sensum sed perexiguae hominum partis sententias tantum nobis exhibent. Praeterea, cum rerum gestarum memoria non uno belli pacisque concilio verum etiam religione, oeconomia, sociologia magna ex parte contineatur, scriptores vero antiqui ad has rerum

1) op. cit. p. 78.

2) Pro iis quae sequuntur efr.: Overlevering en Overblijfselen, door Dr. H. Bolkestein. Otto Neurath, Zur Anschauung der Antike über Handel, Gewerbe und Landwirtschaft, in Jahrbücher für National-Ökonomie und Statistik, 1906, 32. Band, 577—606; 1907, 34. Band, 145—205.

rationes cursim saepe et ex quadam tantum parte attenderint, eorum enuntiationibus, depravatam vel saltem curtam rerum effigiem praebentibus, ratione et judicio utamur oportet. Ita quoque, aiunt, laboris aestimationem ex philosophorum tantum dictis cognoscentes, falsam hac de re nobis intelligentiam effingemus.

Duobus vero modis haec antiquorum indicia supplere possumus. Ea nempe quae quasi latenter auctores continent eruentes, potissimum vero archaeologiae inventa sedulo perscrutantes, nostrorum temporum conditiones per analogiam prudenter applicantes, apertas scriptorum enuntiationes commode emendabimus.

Hac agendi ratione Salvioli¹⁾ agellorum culturam, latifundiis non obstantibus, numquam defuisse, immo ordinariam agri culturam semper fuisse, ostendit. Wilcken²⁾ quoque ex textibus in Egypto repertis album centum et octoginta artificiorum a liberis hominibus exercitorum composuit, ex quo liberum laborem propendisse patet.

Festivum hujus interpretationis exemplum Otto Neurath³⁾ nobis exhibet cum Ciceronis „de officiis“ c. 42 interpretans, hunc variorum artificiorum „contemptum“ nostris quoque temporibus existere ostendat.

Ex horum igitur scriptorum sententia laboris contemptus ex duabus praecipue provenit. Assidui labores a cultu atque humanitate hominem arcentes, eum impediunt quominus ingenium excolat et altiora capessat. Praeterea eam saepe magna ex parte alteri subjiciunt. Quae ut homines laborem fastidirent sponte effecerunt, cum non ipse labor sed quam importat conditionem eos taedio afficiat.

Duo igitur nos statuere licet. Et primo quidem antiquitus docti homines suam manuum laboris despicientiam non ambigue proclamabant⁴⁾. Re vero accuratius spectata Veterum laboris aestimationem a nostro hac de re judicio non multum abhorrere alia historiae subsidia nos docent.

¹⁾ Le capitalisme dans le monde antique, p. 105 sqq.

²⁾ Ostraka II, p. 681 vlg. (Sklaverei und freie Arbeit). cfr. Dr. H. Bolkestein, op. cit. p. 24 et 25.

³⁾ op. cit.

⁴⁾ cfr. supra p. 28 et 29. Paul Barth, Die Stoai, p. 123—125. Teste vero Barth p. 125—127. Cynici, potissimum vero Stoici aliquam hujus sententiae emendationem attulerunt.

Ad nostrum demum redeuntibus nonnulla nobis de Clemente, ut cum opinionibus allatis comparentur, adnotanda videntur.

Auctorem vero neque ex antiquorum ingenio, neque ex nostra interpretatione, sed ex re morali praecipue hanc rem consideravisse, primam sententiam nobis ponere licet. Veterum enim laboris despectus omnino abest. Immo auctorem laboris praestantiam aperte cognovisse eumque Christianis suis enixe commendasse constat.

Eum vero pauperes vel opifices divitibus minoris aestimavisse ne vestigium quidem nobis occurrit. In homilia¹⁾ enim sua Christianos admonet, ne divitiarum fulgore capti earum possessores plus aequo extollant. Et in Paed. III c. VI 34 hominis dignitatem ex una indole repetens, divites sedulo admonet, ne servis suis inferiores evadant.

Auctorem communem laboris utilitatem non quidem omnino ignoravisse, verum eam non magnopere curasse ex altera parte constat²⁾. Tollinton³⁾ praceptorum Stoicorum auctoritati hoc tribuendam esse putat. Scribit enim: The influence of Stoicism on his creed is nowhere more apparent than in this. What stood first for Clement, as for the stoic Emperor, was „health in the inner Self“ (meditationes VIII 43). The strange paucity of references in his books to his own personal circumstances, to the movement of the world's affairs, to his busy and varied environment in Alexandria, have their rise in this deliberate indifference to the things without“ (I p. 324—5). Et revera Clemens, ait Seipel, ad id semper nititur, ut animi vitam quam maxime excolat⁴⁾. Hoc vero fidei Christianae magis quam Stoicorum doctrinae assignandum esse puto. Clemens enim hunc animi cultum ad Dei Christique imitationem semper refert⁵⁾. Cum vero privata terrenorum despicientia non prohibeat, quominus quis mundi cursum benigne contempletur, praecipuam hujus rationem exinde repetendam esse duco, quod Clementis temporis

¹⁾ 1, 1.

²⁾ supra p. 21. Veterum praejudicatam de labore opinionem Alexandriae inter divites exstitisse et a Clemente impugnatam fuisse ibidem quoque notavimus.

³⁾ Clement of Alexandria. A study in Christian Liberalism. London. Williams and Norgate 1914.

⁴⁾ op. cit. p. 273 sq.

⁵⁾ cfr. Capitaine, Die Moral des Clemens von Alexandrien. p. 154—155.

bus oeconomia et sociologia doctorum animos non multum movebant.

Maxime vero auctor ascesim et rem moralem premit¹⁾. Christianae fidei disciplina industriam et laborem profecto commendabat²⁾. Scribit enim S. Paulus Apostolus in epist. ad Thessal.² III 7—13: „αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἡταπτήσαμεν ἐν ὑμῖν, οὐδὲ δωρεὰν ἀρτον ἐφάγομεν παρά τινος, ἀλλ᾽ ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ υπετὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι τινα ὑμῶν· οὐχ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἔξουσίαν, ἀλλ᾽ ἵνα ἔαντον τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. καὶ γὰρ ὅτε ἡμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτε εἰ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἔσθιέτω. ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους ἀλλὰ περιεργαζομένους· τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν ἐν κυρίῳ Ἰησῷ Χριστῷ ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι τὸν ἔαντων ἀρτον ἔσθιωσιν.“ cfr. quoque ep. ad Thess. 1^a c. IV 12.

Et rationem afferre mihi videtur S. Paulus in epist. ad Coloss. servos adhortans, ne metu vel adulandi cupidine ducti dominis suis oboediant. Ex intima enim animi sententia tanquam Domino iis servientes, a Domino quoque fidelitatis praeium accipient (c. III 22—25).

Ex religionis Christianae doctrina homo operibus suis quotidianis coelestem mercedem promereri debet. Unde S. Paulus in epist. ad Corinth. I c. 10, 31 scribit: εἴτε οὖν ἔσθιετε εἴτε πίνετε εἴτε καὶ ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. Huc mihi subobscura illa Clementis verba pertinere videntur, quibus Christianos suos ne diutius somno se tradant adhortans, eosque ad industriam et laborem impellens, somnum cum publicano comparat, quasi dicat: ut publicanus pravis suis artibus homines pecunia fraudat, ita somnus nobis, sibi deditis, coelestes illos nummulos, labores dico quotidianos, magna ex parte surripere conatur. cfr. supra p. 10 et Paed. II c. IX 81, 4.

Rationem ferme Christianam et ad communitatis bonum pertinentem affert, cum S. Pauli verba allegans scribit: δικλέπιων μηκέτι κλεπτέτω μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν (supra p. 9).

¹⁾ supra p. 10 et 11.

²⁾ cfr. Ernst von Dobschütz, Die urchristlichen Gemeinden. Sittengeschichtliche Bilder. Leipzig, Hinrichs, 1902.

Cum vero auctor laborem ut ludum quoque, ad corpus excolendum utilem commendat, ingenii vero agitationem multo pluris facit, eum antiquorum auctoritatem sequi jure concludimus. Clementem hac in re ingenio Graeco duci festivo exemplo illustrari potest. Sententiam enim illam vere Graecam, qua auream mediocritatem in omnibus calendam esse saepe jactat, in laboris quoque disputatione commendat. cfr. Paed. III c. X 51, 2.

b) De variis acquirendi modis.

Ad peculiaria vitae genera nunc transeuntes, Christianos variis vitae publicae negotiis interesse Clementem vel diserte ponere vel comprobare videbimus. Cum vero haec diligenter et enodate non narret, mercaturam autem et usuram aliquanto fusius tractet, post generalem quaestionem de his quoque separatim agemus.

In Protr. c. X 100, 4 legimus: *γεώργει, φαμέν, εἰ γεωργὸς εῖ, ἀλλὰ γνῶθι τὸν θεὸν γεωργῶν, καὶ πλεῖθι ὁ τῆς ναυτιλίας ἔρῶν, ἀλλὰ τὸν οὐρανίον κυβερνήην παρακαλῶν . . .* Hisce igitur verbis Clemens Christianis diserte concedit, ut variis vitae negotiis intersint eaque vitae Christianae saltem non contraria existimat.

In Str. I c. IV 25, 4 diversas artes ex Deo originem suam ducere asserens, verba Exodi 31, 1—5 in suam sententiam allegat. Hominum enim sollertia, inquit auctor, qua multas sive disciplinas sive artes invenerunt, a Deo proficiisci verba Moysis legentibus patet. Ibidem enim Dominus Beseleel compellavisse eumque sapientia, intelligentia, scientia implevisse dicitur, ut aurificis, argentarii, caelatoris, omnium verbo artificum opera machinari et conficere posset.

Et in Str. I c. VII 37 philosophiam cum agricultura conferens, de terrae frugibus, de pecuaria deque apium cultu disputat eaque vitae genera homini utilia nominat.

Praeclare etiam cogitata sua in Str. VI c. VIII 65, 6 eloquitur scribens: *πάλιν ἀνθρωπος προηγουμένως γέγονεν εἰς ἐπίγνωσιν θεοῦ, ἀλλὰ καὶ γεωργεῖ καὶ γεωμετρεῖ καὶ φιλοσοφεῖ, ὃν τὸ μὲν ἐπὶ τὸ ζῆν, τὸ δὲ ἐπὶ τὸ εὖ ζῆν, τὸ δὲ ἐπὶ τὸ μελετᾶν τὰ ἀποδεικτικὰ γεγένηται.* Et in Str. VII c. VII 35, 6 simpliciter dicit: „*γεωργοῦμεν αἰροῦντες, πλέομεν ὑμροῦντες, κατὰ τὴν ἀλλην πολιτείαν ἐντέχνως ἀναστρέψομεθα.*“

Haec vero legentibus sponte in mentem venit, Clementem, ut jam monuimus, non magnam in re oeconomia diligentiam adhibuisse. In religione enim propaganda occupatus et doctrinae

curis intentus, res exteriores obiter tantum attingit. Eum vero Christianos suos in omnibus vitae rationibus degentes effinxisse ex verbis allatis satis appareat. Nonne idem de mercatura asseri potest? Ad hanc quaestionem ea, quae supra attulimus, jam partim respondent. Cum enim Clemens Christianis navigationem concedat, mercaturam approbare censendus est. Navigatio enim mercaturam imprimis spectat. Cum vero antiquitus de commercio rixatum sit et nostris quoque temporibus docti homines inter sese dissideant, quam vitae rationem priores Christiani hac in re secuti sint, hanc quaestionem accuratius inspicere operae pretium duximus.

a) De Mercatura.

De ratione, quae antiquitati christiana cum re oeconomica cumque mercatura intercedit, Lujo Brentano, aº 1901 Monachii universitatis rector, orationem habuit, quae „Ethik und Volkswirtschaft in der Geschichte“ inscribitur. Ut contra multos, qui opinionem suam oppugnabant, sese defenderet, quaestionem denuo disputavit in „Sitzungsberichte der philosophisch-philologischen und der historischen Klasse der kgl. Akademie der Wissenschaften, München 1902, p. 141—193: „Die wirtschaftlichen Lehren des christlichen Altertums.“

In hoc capite initium simul et compendium orationis ita refert: „Die mittelalterlichen Schriftsteller, welche sich mit wirtschaftlichen Dingen beschäftigten, waren Moralphilosophen. Dabei war der Standpunkt, von dem aus sie an die Betrachtung der wirtschaftlichen Dinge herantraten, ein im voraus gegebener. Ihre durch die kirchliche Lehre bestimmten Vorstellungen vom Seinsollenden waren maßgebend für ihre Beurteilung aller wirtschaftlichen Erscheinungen. Dies mußte eine nahezu feindliche Haltung sowohl gegenüber der natürlichen Stellung der Menschen zu den wirtschaftlichen Gütern als auch gegenüber der Haupttriebfeder des wirtschaftlichen Handelns und ebenso gegenüber der weiteren Entwicklung des Wirtschaftslebens zur Folge haben.“

Ne verbo „mittelalterlichen“ in errorem ducamus. Scriptum enim de quo agitur et oratio quam defendit, magna ex parte de antiquitate christiana agunt. Totam hanc disputationem reddere nostrum sane non est. Quaedam tamen, quae ad finem nostrum pertinent, ex scriptis Brentani nostris inserimus.

Postquam Brentano magnum profecto numerum testium ex

antiquis christianarum litterarum monumentis commemoravit, quibus Christiani admonentur, ut terrena despiciant magnoque animi ardore coelestia anhelent et e quibus Patres Doctoresque Ecclesiae, opibus infensos, communismum naturalem habuisse plane eluceret, auctor dubium non esse inde concludit, quin opes atque facultates repudiarent. „Stehen alle irdischen Güter im Eigentum Gottes und haben sie dem gemeinsamen Gebrauche der Menschen zu dienen — erscheint ein jeder für Alles, was er über das Notwendige besitzt, nur als der Verwalter zu Gunsten derjenigen, die nichts haben, und Alles, was er darüber für sich verwendet, als in verdammenswerter Weise von ihm usurpiert, so gibt es nichts, was verwerflicher sein könnte als das Streben nach dem größtmöglichen Gewinn. Damit aber war dem eigentlichen Handel das Urteil gesprochen, d. h. dem gewerbsmäßigen Bestreben, möglichst billig einzukaufen, um möglichst teuer wieder zu verkaufen“ (p. 160).

Hisce verbis auctor sibi non constare mihi videtur. Confestim enim ita pergit: „Gewiß, es war an sich denkbar, daß der Handel auch frei von Gewinnsucht betrieben wurde.“ Et paulo infra: „Einen solchen Handel, der nicht nach Reichtum strebt, hat das Christentum der drei ersten Jahrhunderte sogar den Geistlichen gestattet (Harduin. Conc. I 252 can. 18), um ihnen die Beschaffung des Lebensunterhaltes zu ermöglichen.“ Ipse praeterea concedit, S^m Augustinum et Papam Leonem Magnum eam mercaturam probasse, in qua praeter justum pretium nihil ultra requireretur. Exinde autem sponte efficitur, antiquitatem christianam mercaturae non prorsus infensam fuisse. Causa vero, ob quam Brentano nihilominus mercaturam improbatam esse dicit, in iis verbis, ab ipso majoribus typis impressis, continetur quibus mercaturam definit: „Das Streben nach dem größtmöglichen Gewinn.“ Sententiam suam clare exprimit ubi dicit (p. 161): „Aber solch ein edelmütiger Handel (quae nempe modum justi pretii non egreditur vel ob altiores stimulos suscipitur) war es nicht, bei dem die eigentliche Natur des Handels zum Ausdruck kam.“ Idem postea (p. 189) opinionem antiquitatis christiana et mediaevae aetatis a modernorum oeconomicorum sententia hoc potissimum discrepare contendit, quod hi, id quod maxime ad mercaturam faciendam incitat, quam maximum scilicet lucrum, neque approbantes neque improbantes sed ut rem certam ponentes, exinde conclusiones suas colligere solent.

Hic vero distinguendum esse mihi videtur. Ex eo enim quod constat, homines maximo potissimum lucro ad mercaturam faciendam induci, minime colligi potest, ipsam quoque mercaturaे naturam in eo sitam esse. Ut enim pro re comperta habeamus, homines pecuniosos opificum laborem in suum saepe commodum convertere, eam laboris quoque naturam esse ne arbitremur. Labor enim opificis proprium est, quo vitae cultusque necessitates expleat. Ita enim Leo Papa XIII in encyclica sua „Rerum Novarum“ laborem definit (p. 27): „Hoc enim est operari, exercere se rerum comparandarum causa, quae sint ad varios vitae usus, potissimumque ad tuitionem sui necessaria.“ Et mentem suam clarius etiam significat cum de sodaliciis opificum disserens ita ea constituenda esse dicit: „ut singuli e societate incrementum bonorum corporis, animi, rei familiaris quoad potest consequantur.“

Ita mercaturaे quoque natura non in ipso quaestus faciendi studio mihi ponenda esse videtur, quamquam concedamus oportet, hominum cupiditatem, quam omnium malorum radicem S. Paulus Apostolus nominat, saepenumero in suum tantum commodum eam convertere conari. Si veram mercaturaे naturam quaerimus eam huc spectare videbimus, ut regiones, quae aliae alias res ad vitam necessarias non efficiunt, res quibus abundant, inter se commutent, ut vitae necessitatibus satisfiant. Si vero haec mercaturaе natura dicenda est, Patres ab ea abhorruisse ne dicamus. Summum suspectam eam plus minusve habuerunt, quod injustitiae aliorumque peccatorum ansam revera saepe praebet.

In antiquitate christiana duo cursus in variis vitae rationibus sese manifestarunt, quorum alter, indulgentior, quoad fieri poterat, communis vitae usui sese accommodabat, alter vero severior, qui variis causis, ascesim dico exaggeratam et finem mundi brevi exspectandum, adductus, omnem mundi consuetudinem ut malam respuebat. Ut oinittam ea, quae de singularium testimoniorum vi atque gravitate dici possent, universe ponere licet, severioris illius cursus fautores semper fere dicendi facultatem apud Brentanum accepisse. Gravem hujus opinionis significationem Tertullianum (de idol. c. 11. Migne P. L. I 752) imprimis affert, quamquam ipse Brentano hujus argumenti vim irritam fere facit, cum hunc Ecclesiae doctorem intolerabilem praefectum morum dicat. Clementem indulgentioris cursus

testem insignem quidem describit dicens: „der doch zur Aufmunterung der Reichen die Schärfen der altchristlichen Eigentumslehre möglichst abzustumpfen bemüht war“, quid vero de mercatura auctor senserit Brentano non tradit. Clemens autem mercaturam, quam data opera commemorat, eo modo comprobat, quo multae disceptationes compensentur.

In Str. II c. XVIII 79, 2 ubi justitiam variasque virtutes commemorat, verba libri Proverbiorum 11: 1 affert: *ζυγὰ δόλια βδέλνυμα ἔντατη θεοῦ, στάθμιον δὲ δίκαιον δεκτὸν αὐτῷ.*

In Paed. III c. XI optimum vivendi modum describens, clarius sententiam suam aperit dicens (78, 4): *καὶ δὲ πωλῶν τι ἡ ὀνούμενος μήποτε εἴπῃ δύο τιμᾶς, ἀν δὲ ἡ ὄντηται ἡ πιπλάσιη, ἀπλῆν δὲ εἰπών καὶ ἀληθένειν μελετῶν, ἀν μὴ τιγχάνη ταύτης, τιγχάνων τῆς ἀληθείας πλοντεῖ τῇ διαθέσει τῇ δρθῇ. ἔπαινος δὲ δρκος <τε> περὶ πατιὸς τοῦ πωλουμένου ἀπέστω.* cfr. quoque n. 79, 2. Clemens igitur ab institoribus et ab iis qui nundinas obeunt tantummodo postulat, ne injustitiam committing neve unquam cum juramento merces suas venditent.

Ex his omnibus patet, Clementem mercaturam honestam habuisse. Quin etiam quaeri potest, utrum haec quaestio Alexandriae agitata sit neene? Ea quae Clemens scripsit, ut divitias jure possideri et acquiri ostenderet, huic opinioni probabilitatem fortasse conciliant, rem tamen non dijudicant. Utcumque vero res se habet, Clementis effata satis memorabilia dicenda sunt.

Brevitate enim et simplicitate sua satis ostendunt, Clementem hanc de mercatura quaestionem vel non cognovisse vel neglexisse. Si neglexit eo ipso quaestionem non magni saltem momenti fuisse indicat; si vero non cognovit tuto concludere possumus, hanc disceptationem Clementis temporibus vulgatam non fuisse, cum in tanta et tam celebri Alexandriae Ecclesia hujus rei vestigia non inveniantur.

β) De re nummularia.

De re nummularia auctor noster per pauca tantummodo et ea plane fortuito tradit. Ita in Str. II c. IV 15, 4, ubi de fide disputat, comparationem ex argentaria petitam affert scribens: *ἔστι γὰρ δόκιμον νόμισμα καὶ ἀλλο κίβδηλον δπερ οὐδὲν ἔλαττον ἀπατᾷ τοὺς ιδιώτας, οὐ μὴν τοὺς ἀργυραμοιβούς, οἱ ἵσασι μαθόντες τὸ παρακεχαραγμένον καὶ τὸ δόκιμον χωρίζειν καὶ διακρίνειν. οὗτος δὲ ἀργυραμοιβὸς τῷ ιδιώτῃ τὸ νόμισμα τοῦτο μόνον, δι*

κιβδηλόν ἔστι, φησί τὸ δὲ πῶς, μόνος δ τοῦ τραπεζίτου γνώμος καὶ δ ἐπὶ τοῦτο ἀλειφόμενος μανθάνει.

Publicanis quaedam praecepta, infra a nobis commemoranda tradit. Ceteroquin ad haec animum omnino non attendisse videtur. De foenore autem quaedam affert, quae ulterius nobis indaganda sunt. Antequam vero Clementis hac de re sententiam aggredimur, aliquas notiones explicare nos oportet.

Saeculis labentibus de illa usurae quaestione a theologis et oeconomicis multum disputatum est. Quaeritur enim num praeter pecuniae summam lucrum aliquod pascisci nobis liceat. Ut vero scriptorum ecclesiasticorum sententias melius intelligamus, verba aliqua indagare debemus. Theologi catholici „mutuum“, „commodatum“, „locationem“ (huurcontract) discernunt. Est ergo mutuum contractus, quo quis res usu consumendas ea condicione alteri tradit, ut res ejusdem generis et bonitatis recipiat. In „commodati“ vero contractus eadem res, usu non consumenda, recipitur. A locatione vero mutuum eo differt, quod locator dominium retinet, cum e contra in mutuo cliens dominium recipiat. Inde fit ut in locatione res locatori, in mutuo vero clienti pereat.

Ex jure Romano mutuum est „contractus per se gratuitus“; locatio contra „ex se onerosa“ dicitur. Quaeritur igitur numeri fieri possit, ut „mutuum“ aliquando sit „onerosum“, hoc est, ut quis lucrum aliquod praeter sortem sibi pascisci possit.

Haec praeterea nobis observanda sunt:

Antiqui philosophi momentum pecuniae ut rei ad efficiendum aptae non intellexerunt¹⁾, immo per multa nostrae aetatis saecula res eadem mansit. Ait enim auctor, modo laudatus (p. 87): „avant le XIX^e siècle la notion économique la moins bien dégagée a toujours été celle du capital.“ Dein varias causas indagat, quae ad parvum oeconomicae doctrinae progressum redeunt. „Le capital... est une résultante historique. Il n'a pu se former qu'avec de longues épargnes, rendues singulièrement difficiles par toutes les précarités des sociétés anciennes; et apparu le dernier dans la genèse de la production, il a été aussi le plus difficile à développer de tous ses éléments“ (p. 89). Unde utique efficitur ut philosophi antiqui et theologi pecuniam ut medium commutationis potissimum consideraverint eaque de causa eam „sterilem“ nominaverint. Ea enim ratione revera

¹⁾ cfr. Souchon op. cit. p. 87 sqq.

non efficit. Nostris vero temporibus omnium artium progressu factum est, ut pecunia non tantum sit medium quo res venales pretio aestimantur, verum etiam plurimum ad nova bona comparanda afferat. Unde revera medium efficiendi et virtualiter ferax dicenda est. Duplex igitur mutuum discernere possumus: a) „industriale“ seu „commerciale“ si pecunia mercatoribus vel iis qui rebus efficiendis incumbunt, eo fine commodatur, ut res vitae utiles vel necessarias ideoque pretio aestimabiles sibi efficient; b) mutuum autem „necessitatis“ cum pauperi pecunia traditur, ut vitae necessitatibus provideat.

1. Sacrae Scriptura doctrina.

a) **Ante Christum.** Lex Mosaica Judaeos inter se pecunias fenori dare vetuit, peregrinis autem concessit. cfr. Exod. XXII 25; Levit. XXV 35—37; Deut. XXIII 19—20; XV 7—10.

b) **Christus.** In talentorum parabola apud Matth. XXV 27 Christus hominem, peregre regressum, servum otiosum, qui domini sui pecuniam defoderat, ita alloquenter facit: „oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis et veniens ego receperisse utique quod meum est cum usura.“ Cum vero parabola temporum illorum mores tantummodo tradat, ipsius vero Christi sententiam non aperiat, de Ejus opinione nihil inde inferri licet.

In Evangelio S^t Lucae VI 34 Christus dicit: „Et si mutuum dederitis his, a quibus speratis recipere, quae gratia est vobis? nam et peccatores peccatoribus foenerantur ut recipient aequalia. verumtamen diligite inimicos vestros, benefacite et mutuum date nihil inde sperantes et erit merces vestra multa, et eritis filii Altissimi, quia Ipse benignus est super ingratos et malos.“ Christum hic de mutuo necessitatis agere ex verbis „ut recipient aequalia“ erui fortasse potest. Et auditores suos hortatur non tantum ut hoc mutuum praestent, verum etiam divitias suas gratuito dilargiantur „nihil inde sperantes“. De mutuo ergo commerciali Christus non judicat.

2. Antiqui philosophi.

Apud plurimos antiquitatis populos pecunias fenori dari et accipi lege sancitum erat, philosophi vero consuetudini huic vulgo obsistebant. Ea profecto de re, quod oeconomicas pecuniae partes non intellexerint¹⁾.

1) Souchon, p. 93 sqq.; Plato, de Legg. V 742*; IX 915 E; Rep. VIII 556 A et B; Aristot.*, Polit. I III 23; Cicero de Off. II circa finem (verba Catonis allegat); Seneca „De Beneficiis“ VII 10.

Quae philosophorum sententia ad Patrum opinionem certo multum valuit. Quod vero ad horum doctrinam pertinet, eos fenori adversatos esse universe ponere licet. Saeculis IV^o et V^o eorum dicta severiora fiunt. III¹ saeculi vero Patres tantum docent fenus, ex paupere exactum, caritatis legem infringere.

Ex Clemente vero duos locos afferre possumus, quibus data opera fenoris quaestionem tractat. Ita in Str. II c. XVIII 84, 4 scribit: *περὶ τε τῆς μεταδόσεως καὶ κοινωνίας πολλῶν ὅντων <λόγων> ἀπόχρη μόνον τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ὁ νόμος¹⁾ ἀπαγορεύει ἀδελφῷ δανείζειν (ἀδελφὸν ὄνομάζων οὐ μόνον τὸν ἐκ τῶν αὐτῶν φύντα γονέων ἀλλὰ καὶ δεῖ ὅτι διδόσθων διογνώμων τε καὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου κεκοινωνηκώς) οὐ δικαιῶν ἐκλέγειν τόκους ἐπὶ χρημάσι, ἀλλὰ ἀνειμέναις χερσὶ καὶ γνώμαις χαρίζεσθαι τοῖς δεομένοις.* Clemens hic Philonem (de car. 6 [II p. 388 f. M] cfr. Stählin in nota) ad verbum fere exscripsit.

Ex verbis „*χαρίζεσθαι τοῖς δεομένοις* „eum de benevolentiae operibus agere patet. Ipse ceteroquin paulo infra aperte dicit scribens (85,1) „*ἄρού οὐ δοκεῖ σοι φιλανθρωπίας εἶναι τὸ παράγγελμα τοῦτο . . .*“ In Str. III c. VI 55, 1 citat librum Ezechielis 18, 8, *ἐπιφέρει δέ· „ἰδού ἀνήρ, δεῖ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ τὸ ἀργύριον αὐτοῦ, ἀποδεκτὸς γίνεται“*. Ex iis quae praecedunt et quae sequuntur hic quoque eum de liberalitate agere liquet. Idem vero dicendum est de Paed. I c. X 95, 2.

Clemens igitur in iis quae de fenore docet Sacrae Scripturae solummodo innitur, quam vero magna ex parte Philonis verbis exprimit. Mutuum ergo commerciale prorsus ignoravit. Cum vero Clemens magister scholae catecheticae et sacerdos in urbe opibus et mercatura florentissima per multos annos Christianos rexerit, nec in aliis vitae rationibus prudentia careat, forte inde concludere possumus, mutuum commerciale ejus temporibus vulgo saltem in usu non fuisse.

§ 2. De bonorum distributione.

Souchon in capitinis III¹ praefatione nos admonet, ne apud philosophos Graecos eas de distributione doctrinas exspectemus, quae nostris comparari possint. Multas enim quaestiones, ad opum distributionem pertinentes, quae jure primas partes agere

¹⁾ cfr. Exod. 22, 25; Lev. 25, 37; Deut. 23, 19.

nobis videntur, ne verbo quidem commemorant. Quod maxime in ipsum Clementem cadit quippe qui oeconomiam nonnisi per transennam tractet. Unde tres modo quaestiones hic nobis occurunt, quarum prima, communismum dico, ex iis jam solvi videatur, quae de re privata nobis dicenda erunt. Cum vero Brentano in opere citato Clementem quoque communismi assentatorem vel saltem fautorem invocat, brevi disputatione hanc quoque quaestionem tractandam nobis proposuimus.

a) De Communismo.

Brentano, quemadmodum jam breviter perstrinximus, ut quantum Patres divitias aversentur atque contemnant clare ostendat, multos eorum locos affert, quibus rerum vanitatem arguunt, pericula quae moribus inferunt enixe demonstrant, ad caelestium autem bonorum studium Christianos magna eloquentia et fide stimulant.

Imprimis exemplo ex iis rebus petito, quae in rem privatam redigi nequeunt, aërem dico et lucem, Christianos ad magnam liberalitatem et munificantiam inducere solent. Cum vero autor judicat: „Die Kirchenväter sahen im Eigentum keineswegs eine naturrechtliche Einrichtung. Das natürliche ist ihnen der Kommunismus“ ambiguam saltem conclusionem colligere mihi videtur. Patres enim fortissimam hominum cupiditatem, rerum nempe externarum, impugnantes, validis enuntiationibus uti facile intelligitur. Multi quoque in peculiaribus temporum conditionibus orationes habentes, superlatione vix abstinent. Unde sponte in errorem induceremur, si his modo effatis intenti, ceteramque eorum doctrinam negligentes, communismo eos deditos suspicaremur. Quanti vero periculi res sit, in Clemente facile ostenditur. Nam hoc quoque auctore sententiae suaे teste utens, Brentano duos locos affert, quibus Clementis communismi amorem demonstrare nititur. Scribit enim Clemens in Paed. II c. XII, 120, 3 (cfr. Brentano libro cit p. 150 et 151): „παρήγαγεν δὲ τὸ γένος ἡμῶν ἐπὶ κοινωνίᾳ δὲ θεὸς αὐτὸς τῶν ἔαντοῦ πρότερος μεταδοὺς καὶ κοινὸν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν ἔαντοῦ ἐπικουρήσας λόγον, πάντα ποιήσας ὑπὲρ πάντων. κοινὰ οὖν τὰ πάντα καὶ μὴ πλεονεκτούντων οἱ πλούσιοι. τὸ οὖν πάρεστι μοι καὶ πλεονάζει μοι, διὰ τὸ μὴ τρυφήσω; οὐκ ἀνθρώπινον οὐδὲ κοινωνικόν, ἐπεῖτο δὲ μᾶλλον ἀγαπητικόν πάρεστι μοι, διὰ τὸ μὴ μεταδῶ τοῖς δεομένοις; δὲ γὰρ τοιοῦτος τέλειος δὲ τὸ „ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν“ πληρώσας. αὕτη γὰρ ἡ

ἀληθής τρυφή, ἡ θησαυριζομένη πολυτέλεια, . . . δέδωκεν γὰρ ὁ Θεὸς οἰδ' ὅτι τὴς χρήσεως ἡμῖν τὴν ἔξουσίαν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἀναγκαῖον, καὶ τὴν χρῆσιν κοινὴν εἶναι βεβούληται. ἀπόπον δὲ ἔνα τρυφᾶν πενομένων πλειόνων.“ Et in „quis dives“ c. 31, 6: φύσει μὲν ἀπασαν κτῆσιν, ἢν αὐτός τις ἐφ' ἑαυτοῦ πέκτηται ὡς ἰδίαν οὖσαν καὶ οὐκ εἰς κοινὸν τοῖς δεομένοις κατατίθησιν, ἀδικον οὖσαν ἀποφαίνων, ἐκ δὲ ταύτης τῆς ἀδικίας ἐνὸν καὶ πρᾶγμα δίκαιον ἐργάζασθαι καὶ σωτήριον, ἀναπαῦσαι τινα τῶν ἐχόντων αἰώνιον συηγήν παρὰ τῷ πατρὶ. Et multa etiam alia hujusmodi testimonia in hujus sententiae favorem afferri possunt. Quorum vis et auctoritas festive temporum nostrorum exemplo illustrantur. Leo enim Papa XIII in Encyclica sua supra (p. 22) citata, „communismum“ quem dicunt commendans, rem privatam disertis verbis defendit scribens: „Cujus doctrinae (scl. de usu bonorum) in eo est fundamentum positum, quod justa pecuniarum possessio a justo usu distinguitur. Bona privatim possidere, quod paulo ante vidimus, jus est homini naturale; eoque uti jure, maxime in societate vitae, non fas modo sed plane necessarium. Licitum est quod homo propria possideat, est etiam necessarium ad humanam vitam¹⁾). At vero, si illud quaeratur, qualem esse usum bonorum necesse sit, Ecclesia quidem sine ulla dubitatione respondet: ,Quantum ad hoc, non debet homo habere res exteriores ut proprias, sed ut communes, ut scilicet de facili eas communicet in necessitate aliorum. Unde Apostolus dicit: divitibus hujus saeculi praecipe . . . facile tribuere, communicare²⁾).

Verbis igitur allatis Leo XIII communem bonorum usum enixe commendat. Fas enim esse dicit, hominem res exteriores non ut proprias sed ut communes habere. Nemo vero est qui affirmare ausit, Papam communismum his verbis commendare, quippe qui rem privatam data opera defendat. Possessionem enim jus hominis naturale dicit.

Quamquam vero Clemens hanc inter possessionem et usum distinctionem non facit, eadem tamen nobis facienda est. Locis enim allatis communem quidem bonorum usum commendat, rem autem privatam proprio scripto defendit. Cum ergo in eadem omnino causa esse jure dici possit, eum in communismi favorem testem afferri fas non esse mihi videtur.

1) St Thomas II II Quaest. LXVI a. II.

2) St Thomas II II Quaest. XXXII a. VI.

b) De re privata.

Ejus temporibus Alexandriae magnam de re privata disceptionem inter Christianos ortam esse ex ipso Clemente novimus. Quidam enim divitiarum possessionem respuentes, divites coelestem gloriam adipisci posse plane negabant. Quid vero ad hanc opinionem multum conduxit et cui potissimum societatis coetu ejus assentatores adnumerandi sint non liquet. Gnostici sane saec.¹ IIⁱ Alexandriae multum auctoritate pollebant. Clemens enim eorum de matrimonio doctrinam strenue impugnat. Contemplationibus suis adducti ad duas sententias sibi invicem oppositas pervenerant: Aut enim matrimonium ut malum omnino respiciebant, aut, contra, effrenato animo in omnem libidinem sese effundebant. Unde suspicari saltem licet, haereticos illos in hac quoque disceptione partes haud ultimas egisse. Hoc vero eo magis probatur quod Gnostici quidam, seminarum communitatem propugnantes, naturali quadam bonorum communione nuntiuntur¹). Ex illo vero scripto quod auctor hac de re exarravit, nihil deduci potest. De sententiae enim hujus fautoribus loquens universe scribit: „οἱ πὲν γὰρ αὐτὸι καὶ προχείρως ἀκούσαντες τὴς τοῦ κυρίου φωνῆς, διὰ δῶν κάμηλος διὰ τρήματος φαριδός διεκδύσεται ἢ πλούσιος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀπογνόντες ἔαντοὺς ως οὐ βιωσόμενοι, τῷ πόσμῳ πάντα χαριζόμενοι καὶ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς ως μόνης ἔαντοῖς ὑπολειπομένης ἐκκρεμασθέντες, ἀπέστησαν πλέον τῆς ἐκεῖ δόδον“²).

Hanc vero disputationem gravissimam fuisse magnasque inter Christianos perturbationes excitasse ex eo potissimum patet, quod nonnulli divites, ope coelestium bonorum frustrati et salutem aeternam desperantes in mundi delicias se effuderunt et fidem christianam aversati sunt: „οἱ μὲν γὰρ αὐτόθεν καὶ προχείρως ἀκούσαντες τῆς τοῦ κυρίου φωνῆς, διὰ δῶν κάμηλος διὰ τρήματος φαριδός διεκδύσεται ἢ πλούσιος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀπογνόντες ἔαντοὺς ως οὐ βιωσόμενοι, τῷ πόσμῳ πάντα χαριζόμενοι καὶ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς ως μόνης ἔαντοῖς ὑπολειπομένης ἐκκρεμασθέντες, ἀπέστησαν πλέον τῆς ἐκεῖ δόδον“²).

Quos ut fractos confirmaret errantesque in viam salutis reduceret, celebrem illam de rerum externarum possessione disputationem nobis reliquit. Doctrinam suam exponens Clemens a parabola proficiscitur, quae apud Marcum — secundum Clementem — ita legitur³): ἐκπορευομένον αὐτοῦ εἰς δόδον προσελθών τις ἐγονυπέτει λέγων: „διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω“; ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει: „τί με ἀγαθὸν

¹⁾ Str. III c. II 5 sqq. ²⁾ quis dives. 2, 2.

³⁾ quis dives 4, 4. cfr. Marc. 10, 17—31; Matth. 19, 16—30; Luc. 18, 18—30.

λέγεις; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εῖς δὲ θεός. τὰς ἐντολὰς οἶδας· μὴ
μουχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς, μὴ κλέψῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, τίμα
τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρά·” δὲ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ·
„πάντα ταῦτα ἐφύλαξα <ἐκ νεότητός μου>”. δὲ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας
ἡγάπησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν· „Ἐν σοι ὑστερεῖ· εἰ θέλεις τέλειος
εἶναι, πώλησον δσα ἔχεις καὶ διάδος πτωχοῖς, καὶ ἔξεις θησαυρὸν
ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι.” δὲ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ
λόγῳ ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων χρήματα πολλὰ καὶ
ἀγρούς. περιβλεψάμενος δὲ δὲ Ἰησοῦς λέγει τοῖς μαθήταις αὐτοῦ·
„πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα <τα> ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν
βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.” οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαυμάζοντο ἐπὶ τοῖς λόγοις
αὐτοῦ. πάλιν δὲ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς· „τέκνα, πῶς
δύσκολόν ἐστι τούς πεποιθότας ἐπὶ χρήμασιν εἰς τὴν βασιλείαν
τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. εὐκόλως διὰ τῆς τρυμαλίας τῆς βελόνης
κάμηλος εἰσελεύσεται ἢ πλούσιος εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ”. οἱ
δὲ περισσῶς ἔξεπλήσσοντο καὶ ἔλεγον· „τίς οὖν δύναται σωθῆναι”;
δὲ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς εἶπεν· „ὅ τι παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατο,
παρὰ θεῷ δυνατόν.” ἤρξατο δὲ Πέτρος λέγειν αὐτῷ· „ἴδε ἡμεῖς
ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἡκολονθήσαμέν σοι”. ἀποκριθεὶς δὲ δὲ Ἰησοῦς
[λέγει] „ἀμὴν ὑμῖν λέγω, δς ἀν ἀφῆ τὰ ἴδια καὶ γονεῖς καὶ ἀδελφοὺς
καὶ χρήματα ἔνεκεν ἐμοῦ καὶ ἔνεκεν τοῦ εὐαγγελίου, ἀπολήψεται
ἔκατοντα πλασίονα. νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἀγρούς καὶ χρήματα
καὶ οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς ἔχειν μετὰ διωγμῶν εἰς ποῦ; ἐν δὲ τῷ
ἔρχομένῳ ζωή[ν] ἔστιν αἰώνιος. [ἐν δὲ] ἔσονται οἱ πρῶτοι ἔσχατοι
καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι.“

Causam vero cur homines falsam de bonorum possessione
opinionem conceperint divitesque immerito spem vitae aeternae
amisissent, in eo sitam esse contendit, quod verba Christi falso
interpretarentur. Postquam igitur verba Marci supra allata
tradidit in c. 5 exponit, Christum discipulos suos divina sapien-
tia instruere solitum fuisse ideoque altiorem verborum signi-
ficationem indagandam esse. Quomodo ergo Christi verba inter-
pretanda sunt, quibus juveni dicit: „πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σου?”

Clemens his verbis non ita inherendum esse respondit,
quasi Christus facultates suppetentes abjecere et opes dimittere
divitiis imperaret. Vulgares vero de divitiis sententiae et illae
animi aegritudines, nimium dico pecuniarum vel desiderium vel
sollicitudinem, animi vitam quasi spinae suffocantes, omnino
extirpande sunt¹⁾.

1) quis dives 11, 1 et 2.

Sententia igitur impropria intelligenda est. Ea vis verbo vendendi inest, ut bona externa animo deponamus h. e. ut opibus et facultatibus nihil moveamur neque earum possessionem anhelemus verum libenter eas communicemus, iisque amissis animi tranquillitatem non perdamus. Num haec sit vera verborum interpretatio ad rem non pertinet. Nostra tantummodo refert, Clementem hic divitias jure acquiri defendere. Progradientem homilia etiam clarius hoc exprimit. Ita c. 12 demonstrat, hominem iis quae ad vitam sunt necessaria carentem in eas profecto curas delapsurum esse, quae ab altioribus eum avertent. Hic igitur paupertatem pro impedimento habet, quo Christianus a proprio suo fine detrahatur¹⁾.

Cap. 13, 1 causam ad bonum commune pertinentem allegat dicens: „καὶ πόσῳ χρησιμώτερον τὸ ἐναρτίον, ικανὰ κεκτημένον αὐτόν τε περὶ τὴν πιῆσιν μὴ καποθανεῖν καὶ οἷς καθῆκεν ἐπιζουρεῖν;“ Ut rei privatae adversarii ita quoque Clemens a Christi verbis auctoritatem repetit. Dicit enim plenam bonorum cessionem cum iis Christi verbis non consentire, quibus nos admonet, ut de iniquo mammone amicos nobis faciamus (c. 13, 2—5). Ipsum praeterea Christum auctorem habet. Christus enim, a Zacchaeo et Mattheo, a divitibus et publicanis hospitio receptus hanc bonorum abnegationem non exigebat sed tantum ut justitiam colerent postulabat. c. 13, 5.

Unde c. 14, 1 simpliciter dicit: „οὐκ ἀρά ἀπορριπτέον τὰ καὶ τὸν πέλας ὠφελοῦντα χρήματα γάρ ἔστι πιητὰ δυτια καὶ χρήματα χρήσιμα δυτια εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παρεσκενασμένα, ἢ δὴ παρακεῖται καὶ ὑποβέβληται καθάπερ ὅλη τις καὶ ὅργανα πρὸς χρῆσιν ἀγαθὴν τοῖς εἴδοσι.“ Opes enim et facultates sunt media, quae homini utilitati vel exitio sunt, prout bene vel male adhibentur. Festive et concinne hoc exprimit, in Paed. III c. VI 35, 1 de divitiis scribens: ἐσικέναι γοῦν μοι δοκεῖ ὁ πλοῦτος ἐρπετῷ, οὗ εἰ μή τις ἐπίσταιτο λάβεσθαι ἀβλαβῶς, πόρρωθεν ἀκινδύνως ἀκρας οὐρᾶς ἀνακρημάτας τὸ θηρίον, περιπλέξεται τῇ χειρὶ καὶ δηξεται· δεινὸς δὲ καὶ ὁ πλοῦτος ἐλυστρώμενος παρὰ τὴν ἔμπειρον ἡ ἀπειρον αὐτοῦ λαβὴν προσφῦναι καὶ δακρεῖν, εἰ μή τις αὐτῷ καταμεγαλοφρονῶν ἐπιστημόνως χρῆτο, ἵνα σὺν τῇ ἐπωδῇ τοῦ λόγου καταξέσῃται μὲν τὸ θηρίον, αὐτὸς δὲ ἀλαθῆς μετηγγ.

Neve illud Christi verbum nos

¹⁾ cfr. quoque: Str. IV c. III 20, 21. IV c. VI 31.

terreat, quo nos commendet, ut parentes, fratres, facultates relinquamus (c. 22, 1). Ut enim hujus argumenti vim irritam faciat, verba illa apud Luc. 14 : 26 allegat, quibus Christus patrem et matrem et filios, quin etiam et animam nos odisse jubet (22, 2—4). „Deus enim pacis,“ ait Clemens, a propinquorum familiaritate nos non revocat. Ut enim propinquos odisse jubemur quatenus a Deo nos abstrahant, ita quoque opes et facultates a nobis fugienda sunt, cum animam nostram in periculum adducant. Divitias jure acquiri ex eo quoque repetit, quod a Deo creata sunt. (c. 26, 5.)

Hanc Clementis doctrinam cum antiquorum opinionibus comparantes, rationes, a philosophis allatas ut opes et facultates jure possideri demonstrent, partim apud nostrum quoque inveniri partim vero abesse videmus. Sacrorum enim cura (Plato De republica 331) quae antiquis justa erat possidendi ratio, profecto omittitur. Pietas erga patriam et ab aliorum servitio libertas ne verbo quidem commemorantur. At contra, propria pericula, ad mores pertinentia, quorum antiqui optime sibi concii erant¹⁾, apud nostrum quoque occurunt. Et primo quidem paupertas per se bona non est. Illiberales enim agendi stimuli voluntariam paupertatem vitiosam reddere possunt, cum nempe inani superbia tumentes bona nostra eo consilio largimur, ut altius efferamur²⁾.

Verum et alia morum pericula paupertas affert. Ut enim homo malis conflictatus facile negligenter agit et impotentia animi inductus de recta regione deflectit, ita quoque paupertas eum saepe impedit, quominus a peccatis vacet³⁾.

Quod vero ad aliorum attinet sustentationem, quam antiqui amicorum potissimum subsidio terminabant⁴⁾, haec apud Clementem latius patet. In homilia enim sua quaestionem afferens, quomodo quis divitiis suis uti debeat, hoc officium secundo illo decalogi praecepto determinari respondet, quo homo ut proximum suum diligat sicut semet ipsum jubetur. Deinde quis sit „proximus“ ulterius inquirens, auctor non sanguinis vel societatis vel religionis vincula sed hominum indigentiam spectandam esse declarans illam Evangelii parabolam allegat, qua Christus Judaeum a latronibus spoliatum, a Samaritano curatum

¹⁾ cfr. Leop. Schmidt I, p. 267—272.

²⁾ cfr. quis dives 11, 4.

³⁾ cfr. Str. IV c. V 20 sqq.

⁴⁾ cfr. Leop. Schmidt I. c.

esse narrat. Hic igitur Clemens omnem hominem calamitosum „proximum“ intellegi velle videtur¹⁾.

Ceteroquin vero auctor in hac homilia id praecipue intendit, ut Christiani Christianis stipem largiantur.

Ne vero putemus eum ceteros homines ab hac liberalitate exclusos voluisse. Hoc enim ab humana ejus indole omnino abhorrere videtur. Praeterea in Str. IV c. XIII 93 tale humanitatis principium exponit, ut eum ad omnes homines diligendos propensum fuisse jure dicamus.

Eam igitur Clementis doctrinam fuisse statuere nobis licet, ut Christiani Christianorum quidem calamitatibus imprimis consulant, ceterorum vero hominum necessitatibus non desint. Quam doctrinam, naturae sane consentaneam, etiamnunc theologi passim tuentur.

c) De usu bonorum.

In copiosis disputationibus suis Clemens non multas quaestiones tam accurate et tam frequenter quam bonorum usum exploravit. Et quidem non solum in illo scripto suo, quo divitiarum controversiam data opera tractat, verum etiam in multis Stromateon et Paedagogi locis hac de re disputat. Nec mirum, quoniam inter priores Christianos haec quaestio multum agitata est. Ut ergo rite procedamus a prioribus saeculis ordiemur.

Christianos insigni liberalitate et communitate usos esse memoriae traditum est. Auctor enim libri, qui „πράξεις Ἀποστόλων“ inscribitur, c. IV v. 32 sqq. narrat: τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν καρδία καὶ ψυχὴ μιά, καὶ οὐδὲ εἷς οὐ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς πάντα κοινά . . . οὐδὲ γὰρ ἐνδέής τις ἦν ἐν αὐτοῖς· δοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἡ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων καὶ ἐπίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων· διεδίδετο δὲ ἐκάστῳ καθότι ἄν τις χρεῖαν εἶχεν.

Causa hujus benevolentiae illa opinio dicenda est, qua Christiani rerum dominium non absolutum esse censebant. Deus enim eo fine hominem creavit, ut vitae probitate debitam observantium cultumque Sibi tribueret. Ut vero homo huic officio satisfacere posset, eum res ad victum cultumque necessarias acquirere posse necesse erat. Quo circa Deus mundum homini tradidit, ut duro labore et in sudore vultus sui (Genesis III 19)

¹⁾ cfr. quis dives 28.

victum ei extorqueret. Hoc ergo omnes jure sibi vindicant et si quis, necessitate coactus, ipse se alere nequit, aliorum est ei succurrere. Mundi igitur ordini repugnat si alias quidem esurit, alias autem ebrius est (S. Paul. I ad Cor. 11, 21). Deus enim divites quasi villicos huic mundo imposuit, ut Ejus nomine bona distribuant. Hoc vero non ita intelligendum est, quasi pauper, extrema necessitate seclusa, jure suo ea vindicet, verum dives caritatis officio superflua aliis impertire debet.

Easdem apud Clementem opiniones scriptas videmus. Et primo quidem pericula, quae divitiae moribus inferunt, eum minime effugiebant. Scribit enim Paed. II c. III 38, 5: *τὸ δὲ δλον δ πλοῦτος οὐκ δρθῶς κυβερνώμενος ἀκρόπολίς ἐστι κακίας¹⁾ κτλ.* Unde saepissime Christianos suos admonet, ut ab omni inordinata divitiarum cupiditate abstineant^{2).}

Et hujus sententiae rationem philosophicam in Str. IV c. XIII 94, 3 affert scribens: *ἀλλότρια δὲ ἡμεῖς φαμεν τὰ τοῦ κόσμου οὐχ ὡς ἀτοπα, οὐδὲ ὡς οὐχὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντων κυρίου, ἀλλ’ ἐπειδὴ μὴ καταμένομεν ἐν αὐτοῖς τὸν πάντα αἰῶνα, κτήσει ὅντα ἀλλότρια καὶ τῶν κατὰ διαδοχὴν ὑπάρχοντα, χρήσει δὲ ἔκαστον ἡμῶν ἴδια, δι’ οὓς καὶ ἐγένετο, πλὴν ἐφ’ δσον γε αὐτοῖς ἀναγκαῖον συμπαρεῖναι^{3).}*

Terrena igitur responda sunt, necessitatum immunitas vera rerum copia dicenda est. Doctrinae suae compendium optime mihi in Paed. II c. XII⁴⁾ exprimere videtur. Bonorum communitatem magna auctoritate praedicat. Dives enim, quamquam „usu potestatem“ accepit, ut vitae necessitatibus satisfaciat, superflua pauperibus largiri debet. Pauperes quidem summo jure ea sibi vindicare nequeunt, nos vero, avaritiae indulgentes „inhumanitatis“ et „exigui communitatis sensus“ redarguimus. Caritatis igitur paeceptum negligimus si, ipsi luxuria affluentes, proximum egere patimur.

1) cfr. 39, 3. Memoratu quoque digna sunt ea quae scribit in „Quis dives“ c. 1, 1. *οἱ μὲν τοὺς ἐγκωμιαστικὸν λόγους τοῖς πλούσιοις δωροφοροῦντες οὐ μόνον πόλανες . . . ἀλλὰ καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἐπίβοντοι . . . ἐπίβοντοι δέ, δι’ οὓς αὐτῆς τῆς περιουσίας καθ’ αὐτὴν ἵνανῆς οὖσης χανιώσαι τὰς ψυχὰς τῶν πεντημένων καὶ διαφθεῖραι καὶ ἀποτίσαι τῆς δόου, δι’ οὓς ἐπιτυχεῖν ἐστι σωτηρίας, οἱ δὲ προσεκπλήσσονται τὰς γρώμας τῶν πλούσιων ταῖς ἡδοναῖς τῶν ἀμέτρων ἐπαίνων ἐπαίροντες καὶ καθάπαξ τῶν δλων πραγμάτων πλὴν τοῦ πλούτου, δι’ ὧν θαυμάζονται, παρασκευάζοντες ὑπερφρονεῖν . . .* cfr. quoque c. 14.

2) cfr. v. gr. Str. IV c. VI 34, 1–3; 33, 4.

3) cfr. Str. VII c. XII 77, 3 et 78, 4. 4) cfr. supra p. 27.

Quaerentes vero, quantam bonorum partem dives sibi ipsi impendere, quantam pauperibus erogare debeat, Clementem hac de re satis severe judicasse universe tantum affirmare possumus. Hominem enim paucis rebus tantum indigere ceteraque pauperibus tribuenda esse putat. Qua de causa identidem Christianos suos admonet, ut ab omnibus desideriis expediti libera mente Deo serviant¹⁾.

Secundo „Paedagogi“ libro Clemens de Christianorum modo vivendi copiose disseruit: II c. I 1: ὅποιόν πίτα εἶναι χρὴ παρ' ὅλον τὸν βίον τὸν Χριστιανὸν καλούμενον κεφαλαιώδως ὑπογραπτέον. Hic nimirum bonorum quoque usus mentionem facit ejusque singulas partes persequitur. Nobis vero summas res tantum perstringere sufficit.

a) De usu cibi.

Clemens hic maximam frugalitatem tribus praecipue rationibus commendare mihi videtur. Et primo quidem Christianis, asceseos studiosis, dedecori esse ostendit, si usui ciborum nimis indulgent. Christianae enim asceseos principium clare exponit. Postquam enim cibum indifferentem nominavit, scribit in Paed. II c. I 9, 1: „μὴ γὰρ οὐκ ἔχομεν ἔξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν“, φησὶν δὲ ἀπόστολος, „καὶ γυναικας περιάγεσθαι“; (I Cor. 9, 4 sq.) ἀλλὰ κρατοῦντες δηλονότι τῶν ἡδονῶν κωλύομεν τὰς ἐπιθυμίας. Et 14, 3: καὶ γὰρ εἰ „πάντων μεταλαμβάνειν ἔξεστί μοι, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει“ (I Cor. 10, 23), ταχὺ γὰρ καταπίπτουσιν ἐπὶ τὸ δρᾶν τὸ μὴ ἔξὸν οἱ πάντα δῷντες ἢ ἔξόν.

Immoderantiam honestati quoque repugnare ostendit. Cum vero cibum medium non finem vivendi habeamus, modico contentos nos esse decet; cibis enim imperare, non vero iis subjectos esse debemus.

Tertiam vero rationem corporis sanitatem affert. Ipsi enim corpori frugalitate optime consuli ex servorum et rusticorum operariorum exemplo ostendit. Cum enim frugalioribus cibis quam domini utantur, corporis quoque robore iis excellunt²⁾.

In dapes saliares luxuriaque delicias vehementer invehens, culinae opera et artificia enodate narrat.

Ut vero Christianos ab intemperantia deterreat, helluonum rusticitatem iis ob oculos ponit³⁾) dominorumque pudorem excitans

¹⁾ cfr. Protr. c. 105. Quis dives c. 16, 2. Paed. II c. III 39, 4; c. X 102, 3—5. Str. IV c. XXIII 152, 1. Str. II c. XVIII 80.

²⁾ Paed. II c. I, 5.

³⁾ Paed. VI c. I 11, 3—12, 1.

eos admonet, ne cupiditate sua servorum contemptui se exponant¹⁾. Hanc delicatorum ciborum cupiditatem belle quoque in Paed. II c. I 9, 4 exprimit scribens: . . . μόνην κολακεύοντας τὴν κατάποσιν, δι' ἣν πολυτιμότεροι γεγόνασιν μάγειροι γεωργῶν. Non vero omnem lautiorum ciborum usum improbat. Paed. II c. I 10, 2 „οὐκ ἀφεκτέον οὖν παντελῶς τῶν ποικίλων βρωμάτων“ κτλ.

β) De usu vini.

Hic quoque Clemens magnam temperantiam commendat, eosque qui omni vini usu abstinent magnopere admiratur²⁾. Moderatum vero usum, senioribus praesertim concedit. Ne vero prohibeantur quominus operibus suis vacent, Christianos admonet, ne ante vesperam vinum sumant. Praeterea vinum aqua semper et quidem majore copia temperandum est³⁾.

Quod ad rationes attinet, imprimis asceseos principium affert. Ebrii quoque habitus vivide depingit, ut Christianis documento sit. Eum enim qui vini parcus esse nequit, paulatim ad ebrietatem delapsurum esse contendit. Librum Proverbiorum (23, 20 sqq.) allegans paupertatem quoque minatur⁴⁾.

γ) De supellectili⁵⁾.

Ea quae Clemens de supellectili scripsit perlegentes, primo aspectu facile in animum inducamus, eum omnem domuum ornatum ut vanam luxuriam prorsus aversatum esse. Disertis enim et gravissimis verbis res pretiosas insectatus est. Unde Markgraf⁶⁾ omnia opera arte facta a Clemente improbata esse revera concludit. In hujus sententiae favorem graves profecto rationes afferri possunt. Clemens enim omnem operam dat, ut rerum artificiosarum vanitatem ostendat⁷⁾. Utensilium enim normam necessitatem, non vero magnum pretium esse demonstrat. Christianis suis Christum quoque imitandum proponit. Cum vero vitae Ejus imaginem moribus suis exprimere debeant, simplicitatem ejus imitentur necesse est. Quamvis autem istae rationes afferri possint, Markgraffii tamen conclusio nimis lata

1) Paed. II c. I 11, 2.

2) Paed. II c. II 20, 2.

3) Paed. II c. II 23, 3—24, 1.

4) Paed. II c. II 27, 1.

5) Paed. III c. XI 53, 1 et in fine.

6) Clem. v. Alex. als asketischer Schriftsteller in seiner Stellung zu den natürlichen Lebensgütern, in Zeitschrift für Kirchengeschichte XXII (1901), p. 487—525.

7) cfr. imprimis Paed. II c. III 37, 1—IV.

esse mihi videtur. Clementem enim non omnem rerum pretiosarum usum prorsus improbasse aliunde patet. Scribit enim in Paed. III c. XI 53, 1: διὰ τοῦτο καὶ τὸ χρυσοφορεῖν καὶ τὸ ἐσθῆτι μαλθακωτέρᾳ χρῆσθαι οὐ τέλεον περικοπτέον, χαλινωτέον δὲ τὰς ἀλόγους τῶν δρμῶν . . .¹⁾

Condicionum temporumque discrimen agnoscit scribens, Paed. III c. III 38, 3: καθόλου γὰρ καὶ τὰς τροφὰς καὶ τὰς ἐσθῆτας καὶ τὰ σκεύη καὶ τὰλλα πάντα τὰ κατὰ τὸν οἶκον συλλήβδην λέγω ἀκόλουθα εἴται ταῖς ἐνστάσεσιν τοῦ Χριστιανοῦ δεῖ, κατὰ τὸ πρόσφορον οἰκειούμενα τῷ προσώπῳ, τῇ ἡλικίᾳ, τῇ ἐπιτηδεύσει, τῷ καιρῷ.

Magnae severitatis enuntiationes ex eo profecto repetendae sunt, quod Clementis temporibus Alexandria effusiori cultui dedita erat. Ut enim moderni praedicatores ita Patres quoque, vitium aliquod inveteratum impugnantes, verbis aliquando augent. Insuper, cum ex Clementis scriptis Alexandriae in consuetudinem abiisse patet, ut res maxime usitatae et humillima quaeque vitae utensilia ex pretiosissimis metallis fabreficerent, facile nobis in mentem veniat, eum in reprehendendo quotidiani usus res imprimitis spectavisse, rerum vero caritatem non omnino malam duxisse.

Ea quae Clemens de bonorum usu scripsit cum Veterum opinionibus comparantes, uno nos continere possumus. Sobrium enim usum et liberalitatem cum Veteres tum auctor noster, quamvis diversa ratione ducti, saepe propugnant. Cum vero opinio, quae opulentiam ἀδιάφορον nominat, in eorum philosophorum scholis tantum appareat, qui hominum necessitudines naturales dissolvant²⁾ — Cynicorum sc. et Stoicorum — Clemens vero rerum externarum despicientiam identidem praedicare in deliciis habeat, copiosius indagare pretium erit, quatenus auctor ab horum philosophorum, imprimis Stoicorum sententiis moveatur.

Tres praesertim sententiae nobis hic occurrunt. Cognat³⁾, ut ait Winter⁴⁾, omnes Clementis opiniones ad doctrinam Christianam

¹⁾ cfr. quoque Paed. II c. II 33, 3 etc., XII 121, 1.

²⁾ Leop. Schmidt II, p. 379.

³⁾ G. Cognat, Clément d'Alexandrie, sa doctrine et sa polémique. Paris 1859.

⁴⁾ Friedrich Julius Winter, Die Ethik des Klemens von Alexandrien, in Studien zur Geschichte der christlichen Ethik. 1. B. — in prooemio.

refert. *Opiniones christianas*, a Cognat allatas, in Clemente nostro revera inveniri Winter quidem non negat, verum quaerendum esse contendit, quam rationem *opiniones evangelicae* ad philosophiae placita habeant. Cognat vero consulto omnem inconstantiam et sententiarum discrepantiam negavisse et concentum atque consensum ubique invenisse ei videtur.

In eundem errorem Merk¹⁾ incidisse auctor affirmat, quippe qui omnes Clementis *opiniones* ex philosophorum systematis deducere conetur.

Ipse vero Winter Clementis doctrinam ex duobus sententiarum ordinibus — christiano sc. et philosophico — qui inter se accommodari nequeunt, compositam esse contendit. Facile intelligitur, nos magnam hanc quaestionem tractare non posse, sed hoc uno contentos esse debere, quatenus Clemens in rerum externarum aestimatione vel contemptu a philosophis Graecis, praesertim a Stoicis mutuatus sit²⁾.

Hac de re auctor tam multa scripsit, ut tuto affirmare liceat, hanc quaestionem esse quam prae ceteris tractare eum juvat. Et quoniam variis in locis variarum considerationum impulsu scripsit, aliqua saltem specie sibi adversantia nobis occurunt, quae explicationis, ceteroquin satis difficilis, indigent.

1) Clemens Alexandrinus in seiner Abhängigkeit von der griechischen Philosophie. Dissert. Leipzig 1879.

2) Quod ad generalem illam quaestionem pertinet, multi docti homines procedente tempore de immensa eruditio[n]is gloria, qua Clemens per tot saecula floruit, detrahendum esse putaverunt; cfr., praeter auctores allatos, imprimis: Adolphus Scheck O. S. B., „De fontibus Clementis Alexandrini“. Programma Gymnasii Augustani ad Sti Stephani 1888/89,

Nobis hic viri docti Harnack judicium proferre liceat, quod in libro, quia „Chronologie“ inscribitus, nobis exhibit, scribens (II p. 16): „Die Jagd nach den Quellen und die Mode, den Originalquellen womöglich abgeleitete unterzuschreiben, hat zu ungerechten Urteilen über die Gelehrsamkeit des Clemens geführt. Wo wir klar sehen können, nämlich in sein Verhältnis zur christlichen Urliteratur, erweist er sich als grundgelehrter Mann, der auf die Originalquellen zurückgeht. Seine Belesenheit hier ist außerordentlich groß. Die Schriften der sog. apostolischen Väter, die Didache, die weitschichtige gnostische Literatur sind ihm vertraut; Tatian, Melito, Irenäus hat er gelesen; die „traditiones“ über Apostel, so weit sie schon schriftlich fixiert waren, und die bisherigen chronologischen Bemühungen sind ihm bekannt; seine Bibelkenntnis ist virtuos und selbstständig. Es wird wohl nichts anders in bezug auf die klassische Literatur stehen: natürlich mag er hier auch manchem Compendium gefolgt sein; aber wer wird ihm die Lektüre der philosophischen Hauptwerke des Altertums absprechen dürfen?“

Cum Merk¹⁾ dicit: „Stoisch ist die Unterscheidung zwischen der ἐπιθυμία ἄλογος, welche zu bekämpfen, und der δρεξις ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ἀναγκαῖων, welcher zu folgen ist: stoisch die Bestimmung der Leidenschaft als δομή πλεονάζουσα, die alles Maß überspringt, die vom Logos gesteckten Grenzen überschreitet“, auctor verbo „stoisch“ bis repetito rem ab una tantum parte illustrat. Hae enim enuntiationes a doctrina Christiana saltem non discrepare dicendae sunt. Quod vero Clemens sensus suos verbis vere Stoicis prosequitur, mirum non est. Doctrinam enim christianam ad artem et praecepta revocans, de verbis profecto laborabat. Philosophi vero Graeci, praesertim Stoici, eadem fere argumenta tractabant. Praeterea auctor doctrinam christianam in philosophorum disciplinis partim saltem disseminatam putat²⁾. Postremo eum in scribendo philosophos quoque spectavisse ideoque consulto saepe eorum verbis usum esse ex Strom. VII c. I 2—3 apparebat ubi scribit: ἐναργεστέροις δ', οἷμαι, πρὸς τὸν φιλοσόφους χρῆσθαι προσήκει τοῖς λόγοις, ὡς ἐπαΐειν ἐν τῇσι παρ' αὐτοῖς παιδείας ἥδη γεγυμνασμένους δύνασθαι, καὶ εἰ μηδέπω ἀξίους ἔαντοὺς μεταλαβεῖν τῇσι τοῦ πιστεῦσαι δυνάμεως παρεσχηκασι. τῶν δὲ λέξεων τῶν προφητικῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἐπιμηδησόμεθα, κατὰ τὸν ἐπικαίρους τόπους ὑστερον ταῖς γραφαῖς συγχρησόμενοι· τὰ δ' ἐξ αὐτῶν δηλούμενα σημανοῦμεν κεφαλαιώδες τὸν χριστιανισμὸν ὑπογράφοντες, ἵνα μὴ διακόπτωμεν τὸ συνεχές τοῦ λόγου συμπαραλαμβάνοντες τὰς γραφάς, καὶ ταῦτα τοῖς μηδέπω συνιεῖσιν τὰς λέξεις αὐτῶν. cfr. quoque c. IX 54, 3.

Neque viro docto Winter assentiri possumus cum locos quosdam Clementis allegans, eos animi motum „illegitimum“ (unberechtigt) declarare contendit. Scribit v. gr. Clemens in Str. II c. XIII 59, 6: δομή μὲν οὖν φορὰ διανοίας ἐπὶ τι ἢ ἀπό του πάθος δὲ πλεονάζουσα δομή ἢ ὑπερτείνουσα τὰ κατὰ τὸν λόγον μέτρα, ἢ δομὴ ἐκφερομένη καὶ ἀπειθῆς λόγῳ παρὰ φύσιν οὖν κίνησις ψυχῆς κατὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον ἀπειθεῖαν τὰ πάθη (ἢ δ' ἀπόστασις καὶ ἔκστασις καὶ ἀπειθεῖα ἐφ' ἡμῖν, ὥσπερ καὶ ἡ ὑπακοὴ ἐφ' ἡμῖν· διὸ καὶ τὰ ἔκούσια κρίνεται)· αὐτίκα καθ' ἐν ἔκαστον τῶν παθῶν εἴ τις ἐπεξίοι, ἀλλογούς δρέξεις εῦροι ἀν αὐτά. His igitur verbis auctor inter δομή et δομὴ πλεονάζουσα (πάθος) seu inter motus animi legitimos et illegitimos distinguit. Lis de nomine

¹⁾ op. cit. p. 64.

²⁾ cfr. v. g.: Str. I c. V 27; c. VIII 37, 1; c. XIX 94.

igitur adesse mihi videtur, cum Winter his verbis omnem animi motum improbari putat. Summum dici potest Clementem satis accuratam orationem non habuisse. Quod ad ceteros locos allatos attinet, quosque omnes ad verbum laudare longum est, auctor partim Christianos suos admonet, ut paucis rebus contenti sint (Paed. III c. 1; Str. II c. XVIII 81), vel de iis animi motibus loquitur, qui rectae rationi repugnant (Str. II c. XV 63; Str. VI c. XVI 135 sqq.; Str. II c. XVIII 80, 4 et XX 108; Str. III c. XIV 93, 2).

Constat quoque auctorem non solum vacuitatem ab affectibus sed etiam eorum mediocritatem propugnasse¹⁾.

De delectatione quoque Clemens vere christianam sententiam habuit. In Str. enim IV c. XIII 94, 2 sqq. de rebus externis deque earum appetitu loquens ita scribit: καὶ τὸ μηδενὸς ἐπιθυμεῖν οὐχ ὡς ἀλλοτρίων τῶν ἐπιθυμητῶν δυτιῶν πόθον μὴ ἔχειν διδάσκει, καθάπερ ὑπειλήφασι οἱ τὸν κτίστην ἄλλον εἶναι παρὰ τὸν πρῶτον θεὸν δογματίζοντες, οὐδὲ ὡς ἐβδελνυμένης καὶ κακῆς οὖσης τῆς γενέσεως, ἀθεοὶ γὰρ αἱ δόξαι αὗται· ἀλλότρια δὲ ἡμεῖς φαμεν τὰ τοῦ κόσμου οὐχ ὡς ἀτοπα, οὐδὲ οὐχὶ τοῦ θεοῦ τοῦ πάντων κυρίου, ἀλλ’ ἐπειδὴ μὴ καταμένομεν ἐν αὐτοῖς τὸν πάντα αἰῶνα, κτήσει δύντα ἀλλότρια καὶ τῶν κατὰ διαδοχὴν ὑπάρχοντα, χρήσει δὲ ἐκάστον ήμων ἴδια, δι’ οὓς καὶ ἐγένετο, πλὴν ἐφ’ δύο γε αὐτοῖς ἀναγκαῖον συμπαρεῖναι. κατὰ φυσικὴν τοίνυν δρεξιν χρηστέον τοῖς <μὴ> κεκαλυμένοις καλῶς, πᾶσαν ὑπερέκπιωσιν καὶ συμπάθειαν παρατομένους. cfr. supra p. 69.

Eandem fere doctrinam, in Paed. II c. VIII 68, 4 de odorum et coronarum usu disserens, nobis tradit. Delectationem „medium“ non „finem“ esse in eodem libro c. I 4 eloquitur. Haec vero etiam clarius in Str. II c. XX 118, 7—120 eloquitur²⁾.

Inficias ire sane non possumus, Clementem gnostici, i. e. christiani sapientis exemplar magnis saepe et vere stoicis verbis depinxisse. Ad hoc vero plane percipiendum Bossueti consilium, a viro docto Freppel³⁾ citatum, commode hic afferri

1) cfr. Str. III c. XVI 101; Str. II c. VIII 39 et omnes illi loci in quibus auctor Christianos suos admonet, ut desideria sua moderentur.

2) καθόλον γὰρ οὐκ ἀραγναῖον τὸ τῆς ἡδονῆς πάθος, ἐπανολούθημα δὲ χρεῖαις τισὶ φυσικαῖς, πείνῃ, δίψῃ, φίγει, γάμῳ· εἰ γοῦν ταύτης δίχα πιεῖν οἷόν τε ἦν ἢ τροφὴν προστεσθαι ἢ παιδοποιεῖν, ἐδείχθη ἀν οὐδεμίᾳ ἐτέρᾳ χρεῖα ταύτης πτλ.

3) In libro suo qui inscribitur: Clément d'Alexandrie. II^e edit. Paris 1873. p. 391.

potest: „En général les grands mots exagératifs portent en eux-mêmes leurs restrictions dans leur propre excès, et l'on voit bien naturellement, qu'ils demandent un correctif; mais quand ce correctif est apporté par l'auteur même, le dénouement est certain et il n'est pas permis de s'y tromper“ (Bossuet, Tradition des nouveaux mystiques p. 28, edit. de Vers. t. XXVII).

Quod ad affectum vacuitatem attinet Freppel¹⁾ eundem auctorem allegat ubi scribit: Au septième livre saint Clément pousse au dernier degré de perfection l'idée du gnostique: mais il faut entendre les correctifs qu'il y met en disant que „l'homme parfait a en sa puissance ce qui combat contre l'esprit“ (Str. VII 7): il n'en est donc pas entièrement délivré: „l'homme parfait s'élève courageusement contre la crainte, se fiant en notre Seigneur“: c'est la posture d'un homme, qui la combat. Et dans la suite: „Il fait la guerre à la malice, à la corruption qu'on porte en soi-même“: elle résiste donc, elle combat. Un peu après: „Il reprime et chatie sa vue quand il sent un plaisir dans ses regards“ (Str. VII 12). Et encore: „Il s'élève contre l'âme corporelle“ c'est à dire, comme il l'explique, contre la partie sensitive de l'âme: „mettant un frein à la partie irrationnable qui se soulève contre le commandement (de la raison), parceque la chair convoite contre l'esprit... On voit par là qu'en tout et partout saint Clément est opposé à nos faux parfaits²⁾; et aussi n'a-t-il jamais dit que son gnostique fut inaltérable, imperturbable, impassible, sans apporter à ces grands mots ces correctifs nécessaires: autant qu'il se peut, autant que l'état le permet (Str. IV 26); ou ceux-ci: il tâche de l'être, il veut l'être, fait tous ses efforts pour y parvenir“ (Str. VII 7).

Alias quasdam hujus generis „correctiones“ afferamus. Et primo quidem Clementem non ἀπάθειαν sed Dei amorem summam virtutem duxisse ex Str. IV c. XVIII 112 clare patet. cfr. loc. cit. c. VI 41.

Memoratu digna quoque ea sunt, quae in Str. VI 74, 2 de affectum vacuitate scribit dicens: „ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνων τῶν θρυλούμένων ἀγαθῶν, τοιτέστι τῶν παρακειμένων τοῖς πάθεσιν παθητικῶν ἀγαθῶν μεταλαμβάνει ὁ γνωστικός, οἷον εὐφρωσύνης

¹⁾ p. 396—7. Bossuet, Instruction sur les états d'oraision. I. VI § 26.

²⁾ h. e. les Quiétistes.

λέγω (ἥτις παράκειται τῇ ἡδονῇ) καὶ πατηφείας (αὕτη γὰρ τῇ λύπῃ παρέζευκται) καὶ εὐλαβείας (ὑπέσταλκεν γὰρ τῷ φόβῳ) ἀλλ’ οὐδὲ θυμοῦ (παρὰ τὴν δργήν οὗτος τέτακται) καὶ λέγωσι τινες μηκέτ’ εἰναι ταῦτα κακά, ἀλλ’ ἥδη ἀγαθά. ἀδύνατον γὰρ τὸν ἄπαξ τελειωθέντα δί’ ἀγάπης καὶ τὴν ἀπλήρωτον τῆς θεωρίας εὐφρόσυνην αἰδίως καὶ ἀπορέστως ἐστιώμενον ἐπὶ τοῖς μικροῖς καὶ χαμαζήλοις ἔπι τέρπεσθαι.

His igitur verbis Clemens ἀπάθειαν magnifice laudare videtur. Verum enim vero auctor affectus in gnostico suo idcirco adesse negat quod id, in quo affectus illi tendunt, sapiens pro nihilo ducat. Supereminenti enim Dei bonitate perspecta omnia illa terrena ei viles sunt. Cum vero secundum doctrinam christianam perfecta Dei contemplatio revera hoc efficere possit, contemplatio vero illa non nisi post mortem homini vere contingat¹⁾, exinde concludendum esse duco, Clementem gnosticum suum ut exemplar ad imitandum quidem, non vero ad omnino efficiendum cogitasse. Quod aliis locis affirmari potest. Ipse enim non ambiguē enuntiat, hanc vacuitatis affectuum effigiem nimis altam esse quam ut revera effici possit. Scribit enim in Str. IV c. XXI 130, 1: Ἐνταῦθα τὸ τέλειον εὐρίσκω πολλαχῶς ἐκλαμβανόμενον κατὰ τὸν ἐν ἑκάστῃ κατορθοῦντα ἀρετῇ. τελειοῦται γοῦν τις καὶ ὡς εὐλαβῆς καὶ ὡς ὑπομονητικὸς καὶ ὡς ἐγκρατῆς καὶ ὡς ἐργάτης καὶ ὡς μάρτινς καὶ ὡς γνωστικός· πάντα δὲ διοῦ τέλειος οὐκ οἶδ’ εἴ τις ἀνθρώπων, ἔπι ἀνθρώπων ὅν, πλὴν μόνον δ’ δί’ ἡμᾶς ἀνθρώπον ἐνδυσάμενος. In eodem capite, § 5, neminem ante mortem perfectum esse docet. cfr. Paed. I c. VI 52, 2 sqq.

Cum igitur, Basilaces²⁾ consilium sequentes, non singulas auctoris enuntiationes sed totam ejus doctrinam consideramus, ex allatis „correctionibus“ sequitur, ut ipsius Basilaces verbis utamur (p. 51) ὅτι τῇ λέξει μόνον συμπίπτει ἡ παρὰ τῷ Κλήμεντι ἀπάθεια τῇ τῶν Στοϊκῶν ἀπαθείᾳ καὶ τῇ τῶν Ἐπικονομείων καὶ Σκεπτικῶν ἀταραξίᾳ, οὐχὶ δὲ τῇ ἐννοίᾳ καὶ οὐσίᾳ, ὡς ἔδοξε τισιν. Unde nec viri docti Winter sententiae, quam supra (p. 38) attulimus, omnino assentimur. Quamquam enim concedi oportet, auctorem multas enuntiationes, ipsam quoque sapientis effigiem

¹⁾ cfr. Str. V c. I 7, 7.

²⁾ Κλήμεντος τοῦ Ἀλεξανδρεως ἡ ἡθική διδασκαλία. Διδακτορικὴ διατριβὴ ὑπὸ ΓΕΡΜΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΑΚΗ, διδάκτορος τῆς φιλοσοφίας. Erlangen 1892. p. 47.

ex Stoicis desumpsisse, immo tum *μετριοπάθειαν* tum *ἀπάθειαν*, pugnantia loquentem propugnasse, cum ex altera parte Clementem instinctu quasi christiano Stoicorum doctrinam vere mitigasse constet, dicendum potius ducimus, eum, asceseos amore abruptum, multa ad verba quidem, non vero ad id quod ex verbis colligi potest, inconsiderate transtulisse¹⁾.

Caput II.

De sententiis socialibus.

Societas a Cathrein²⁾ definitur: „conjunction moralis et stabilis plurium in communem aliquem finem suis actibus conspirantium. Variarum autem societatum sociologia illam civilem tractat, in quam familia suapte natura sese evolvit³⁾. Unde sociologia rite definiri potest: Doctrina quae varias causas, hujus societatis civilis ordinem efficientes, eo fine indagat, ut hunc ordinem perficiat, tueatur, augeat⁴⁾.

Haec igitur scientia de variis hominum inter se conjunctionibus disserit, cum e contra oeconomia inquirit, quas rationes homines ad res exteriores habeant. Cum vero illae hominum cum inter se tum ad res exteriores rationes tam multipliciter varientur, ut sensim sine sensu aliquando confluant, harum doctrinarum argumenta non facile discernuntur. Ita v. g. servorum quaestio cum oeconomia arte conjuncta est. Cum vero ab altera parte servitus consuetudinem hominum describat, Clemens autem oeconomicam quaestionis partem omnino negligat, eam hic tractandam esse duximus. Ceteroquin vero Clementis sociologia uno fere matrimonio sese continet. Nos igitur pauca quae auctor de paupertate, de mendicatione, deque beneficentia scripsit referentes, dein satis copiosam ejus de matrimonio disputationem perscrutantes, ultimo tandem loco servitutis quaestionem tractabimus.

¹⁾ cfr. Basiliace p. 36—68. Capitaine I. c. p. 202 in nota (2).

²⁾ Philosophia Moralis, auctore Victore Cathrein, S. J. ed. IV. p. 329.

³⁾ cfr. Cathrein, I. c. p. 359.

⁴⁾ cfr. Dr. J. M. Liovera, Ord. Carm. Beknopt Handboek der Christelijke Maatschappijleer, uit het Spaansch vertaald door Dr. H. Driessen, Ord. Carm. p. 4.

§ 1. De paupertate, de mendicatione, de beneficentia.

a) De paupertate et de mendicatione.

Multa hic nobis inserenda erunt, quae ad ea quoque, quae in superiore capite de re privata disputavimus, pertinent. Quamquam duae illae sententiae, de re privata sc. et de paupertate et divitiis, arte inter sese connectuntur neque omnino separari possunt, hanc, de paupertate et divitiis dico, separatim tamen hic tractandam suscipimus. Cum enim auctor priori illi disputationi scriptum separatum dedicaverit, hoc modo claritati magis consultum iri putavimus. Lectorem igitur ad superiorem disputationem rejicimus, quippe quae sequentibus commode illustretur.

Clemens paupertatem, quam in Str. VI c. XII 99, 5 singulariter definit: . . . πενία δὲ ἡ κατὰ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας ἀπορία —, non simpliciter et absolute laudat. Generalis ejus enuntiatio, quam alibi alio modo illustrat, dicenda est haec: Paupertas et divitiae per se indifferentes (*ἀδιάφορα*) sunt. Bonitas et malitia ex usu dependent. In Str. enim IV c. III 19 ad Stoicos rejiciens scribit: θαυμάζειν δὲ ἄξιον καὶ τῶν Στωικῶν οὐτινές φασι μηδὲν τὴν ψυχὴν ὑπὸ τοῦ σώματος διατίθεσθαι μήτε πρὸς κακίαν ὑπὸ τῆς νόσου μήτε πρὸς ἀρετὴν ὑπὸ τῆς ὑγιείας· ἀλλ’ ἀμφότερα ταῦτα λέγοντιν ἀδιάφορα εἶναι. καίτοι καὶ Ἰὼβ ἐγνωμονεῖς ὑπερβολῇ καὶ πίστεως ὑπεροχῇ πένης μὲν ἐπ πλούσιον, ἀτιμος δὲ ἐξ ἐνδόξου, αἰσχρὸς δὲ ἐκ καλοῦ καὶ νοσερὸς ἐξ ὑγιεινοῦ γενόμενος ἡμῖν [τέ] ἔστι παράδειγμα ἀγαθὸν ἀναγεγραμμένος, δυσωπῶν τὸν πειράσαντα, εὐλογῶν τὸν πλάσαντα, φέρων οὕτω τὰ δεύτερα ως καὶ τὰ πρότερα, διδάσκων εὖ μάλα τοῖς περιστατικοῖς ἀπασι, οἷόν τε εἶναι καλῶς χρῆσθαι τὸν γνωστικόν. cfr. Str. I c. VI 35, 4. Quis dives 14, 3. Paed. III c. VI 35, 1.

Utraque vitae condicio propria morum pericula affert. Unde in Paed. III c. VII 37, 2 Christianos ne divitias consequentur admonens scribit . . . φιλοπλοντία δὲ ἐξίστησι τῆς δραθῆς διαίτης τὸν ἀνθρωπὸν ἀπερυθριᾶν πρὸς τὰ αἰσχρὰ ἀναπείθουσα, „ἐὰν μόνον ἔχῃ δύναμιν καθάπερ Θηρίον τὸν φαγεῖν παντοδαπὰ καὶ πιεῖν ώσαύτως καὶ ἀφροδισίων πᾶσαν πάντως παρέχειν πλησιονήν“¹⁾. διὰ τοῦτο σπανιαίτατα τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ κληρονομεῖ κτλ. Et in Paed. II c. III 38, 5 eandem sententiam

¹⁾ Plato Leg. VIII., p. 831 DE. Stählin in nota.

afferens, divitias male dispensatas „acropolim malitia“ i. e. omnium flagitorum causam nominat. cfr. 39, 3.

Ex altera vero parte paupertas quoque hominum moribus nocere potest. Et quidem dupliciter. Ut enim morbi et adversae valetudines hominem, in virtute nondum bene fundatum, saepe impediunt quominus officia sua peragat, ita quoque paupertas propter varias, quibus hominem implicat curas, eum a Dei contemplatione et a virtutum studio saepe avertit. Str. IV c. III 20¹⁾.

Dein quoque paupertas homini saepe doli et fraudis ansam praebet. Ad hoc enim vitium auctor spectare videtur in „Quis Dives“ 12, 5 scribens: „ἀνέφικτον γὰρ καὶ ἀμίχανον δεόμενον τῶν πρὸς τὸ βιοτεύειν ἀναγκαῖον μὴ οὐ κατακλᾶσθαι τὴν γράμμην καὶ ἀσχολιαν ἀγειν ἀπὸ τῶν ιρευτόνων, διποσοῦν καὶ ὁθενοῦν ταῦτα πειρώμενον ἐκπορτίζειν.“

Quomodo igitur Christianus adversus res exteriores se gerere debet, h. e. utrum divitias an paupertatem, quatenus ex ejus arbitrio pendeat, eligere debet? In Str. IV c. XIII 94, 2—4. Clemens hanc hominis cum rebus exterioribus rationem sibi effingit: praeceptum, quo nullam rem concupiscere jubemur, non id sibi vult, ut nullius rei desiderium habeamus, quasi desiderabilia a nobis aliena sint — hoc enim falsi illi doctores supponunt, qui inter Creatorem et primum Deum distinguunt — vel quasi res creatae nauseam ingerant vel malae sint — illae enim sententiae impiae dicendae sunt —; nos vero (Christiani) res exteriores „alienas“ dicimus, quia non semper cum iis versamur. Unde eas possessione quidem alienas et de alio ad alium transeuntes, usu vero — quatenus nobis opus sunt — proprias dicimus.

Ex hoc loco sequitur, Clementem bonorum usum atque possessionem quidem Christianis concessisse, immoderatam vero eorum consecrationem enixe impugnasse. Quod multis aliis enuntiationibus confirmatur.

1) cfr. Str. IV c. VI 31, 5 ubi Clemens scribit: οὐ γὰρ δὴ μόνον πλούτουν καὶ δόξης καὶ γάμουν ἀλλὰ καὶ πενίας τῷ μὴ φέροντι μνημίᾳ φροντίδες, καὶ μὴ τι ταύτας ἐν τῇ παραβολῇ τοῦ τετραμεροῦ σπόρου ἥντες τὰς μερίμνας, τὸ σπέρμα τοῦ λόγου φήσας τὸ εἰς ἀκάνθας καὶ φραγμοὺς πεσόντα συμπνιγῆται ὅπ' αὐτῶν καὶ μὴ παρποροῦσαι δυνηθῆναι. Stählin ad verba: „καὶ μὴ τι“ adnotat: μήτι Münzel μήν L. Mutatio particuli μήν in μή, cuius rationem Stählin non allegat, hujus loci sensum, mea quidem opinione, subobscurum reddidit. cfr. ceteroquin „Quis dives“ 11, 1 et 2.

Imprimis saepissime immoderatum appetitum damnat. cfr. v. g. Eclogae Propheticae 12. Paed. II c. III 39, 4. Str. IV c. VI 33, 4 sqq. et 34, 1 sqq.

Ex altera vero parte nuda paupertas in laude ponenda non est. Ita in Str. IV c. VI 26, 4. Christi de pauperibus verbis allatis ita pergit: *μή τι οὖν οὐχ ἀπλῶς τοὺς πένητας ἀλλὰ τοὺς ἐθελήσαντας διὰ δίκαιοσύνην πιωχοὺς γενέσθαι, τούτους μαζαρίζει κτλ.* Et in „Quis Dives“ veteres philosophos significans, eos hoc tantum fine res exteriōres abjecisse declarat, ut facilius se ipsis laudibus efferrent. 11, 4.

Ex his omnibus igitur tuto concludimus, Clementem moderatam bonorum consecrationem et possessionem vitae Christianae, si rem omnem spectas, processuram putavisse. Hoc quoque in Paed. II c. X 102 et 103 significasse mihi videtur.

Quam late Clementis temporibus paupertas Alexandria pateret, ex ipsius scriptis colligere non possumus. De sublevandis quoque pauperibus universe tantum loquitur. Indigentium curae, sive ab Ecclesia sive a magistratibus compositae, apud nostrum nec vola nec vestigium appetit, verum res omnis singulorum beneficentiae relinquitur. Has vero privatorum largitiones, saltem inter Christianos, suffecturas esse censem. Scribit enim in Paed. III c. VII 39, 4: *ἀνενδέης γὰρ ὁ τὸν παντοκράτορα θεόν λόγον ἔχων καὶ οὐδενὸς ὡν χοήσει ἀπορεῖ ποτε· κτῆσις γὰρ ὁ λόγος ἀνενδέης καὶ εὐπορίας ἀπάσης αἴτιος. εἰ δέ τις φαίη ἐωρακέναι πολλάνις ἀριτον πενόμενον δίκαιον, σπάνιον μὲν τοῦτο, καὶ ἐνθα οὐκ ἄλλος δίκαιος, ἀναγνώτῳ δὲ ὅμως κακεῖτο· „οὐ γὰρ ἐπ’ ἀριτῷ μόνῳ ζήσεται ὁ δίκαιος ἀλλ’ ἐν τῷ φήματι πνοῖον“ . . .¹).*

Divitum et pauperum diversitatem Deum consulto effecisse auctor docet, ut nimirum homines liberalitatem colere possent²).

De mendicatione non est quod multa loquamur. Auctor enim hanc rem una tantummodo alterave vice idque obiter commemorat. Clementis temporibus eam satis diffusam fuisse ex „Quis dives“ 11, 3 fortasse colligere licet cum scribit: *οὕτε γὰρ μέγα καὶ ξηλωτὸν τὸ τηράλλως ἀπορεῖν χρημάτων μὴ οὐκ ἐπὶ λόγῳ ζωῆς (οὗτῳ μὲν γ' ἀν ἵσαν οἱ μηδὲν ἔχοντες μηδαμῆ, ἀλλὰ ἔρημοι καὶ μεταπλα τῶν ἐφ' ἡμέραν, οἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐρριμένοι πιωχοί . . .).*

¹) Deuter. 8, 3 (Matth. 4, 4; Luc. 4, 4) cfr. Habac. 2, 4. Stählin in nota.

²) cfr. Fragmenta 47: Stählin B. 3, p. 224.

Postremo, ut huic paragrapho finem imponamus, sententiam viri docti Markgraff, in scripto citato¹⁾ enuntiatam, proprius inspicere lubet. In illa enim disputationis suae parte qua Clementis de divitiis doctrinam tractat, eum sententiam suam mutasse auctor contendere videtur: „Clemens' Aussagen über den Reichtum zeigen eine Entwicklung seiner Lehre, die zusammenhang mit dem praktisch-pädagogischen Bedürfnis: den Reichen, die als Anfänger Cl. hörten, empfahl er entschieden (stoisch-asketische) Weltverachtung, Aufgeben aller Habe: aber er beachtet doch anderseits wenigstens an zwei Stellen, daß auch die Armut Nachteile hat (Str. IV 577 et 573). In quis dives zeigt er eingehend die Wertlosigkeit der freiwilligen Armut, daß der Reichtum an sich nicht das Heil der Seele raubt . . .“

Markgraff igitur hac in re discrepantium aliquam inter „quis dives“ et cetera Clementis opera animadvertis. Primo enim discipulis mundi despicientiam et omnium bonorum cessationem prorsus commendabat. In „quis dives“ contra, voluntariae paupertatis vilitatem ostendit. Haec vero rem nimis augent. Ex hac enim nostra disputatione, quae omnis fere Stromateon et Paedagogi enuntiationibus innititur, satis elucet, Clementem in his libris eandem, quam in „quis dives“ doctrinam de rebus externis docuisse. Quam doctrinam ita breviter exprimere possumus: moderatum scilicet rerum appetitum et usum homini prodesse potius quam obesse. Quod vero Clemens alibi alia magis praedicat, signum mutatae sententiae dicendum non est. Cum enim „quis dives“ tum cetera Clementis opera totius doctrinae ejus semina continent. Hoc tantum inter scripta illa interest, quod „quis dives“ proprium de rebus externis errorem impugnat.

b) De beneficentia.

Clementem christianis suis largam beneficentiam commendassee supra (c. I) jam vidimus. Immo in Str. VII c. XII 77, 6 sapientem suum sibi aliquid subtrahentem facit, ut alteri opem ferat.

Auctorem de singularem tantum largitionibus loqui breviter quoque attigimus (p. 46). Intimam quoque Clementis de beneficentia sententiam in eo profecto ponendam esse, quod plenum rerum externalium dominium non homini sed Deo tri-

¹⁾ Clemens v. Alexandrien als asketischer Schriftsteller in seiner Stellung zu den natürlichen Lebensgütern, in Zeitschrift für Kirchengeschichte XXII (1901), p. 487—515.

buendum esse putat, in c. I monuimus. Ibidem quoque lectorem ad verba Paed. II c. XII 120, 3, in pag. 27 allata, referimus, quibus haec doctrina dilucide illustratur. Restat igitur ut exploremus, quibus praecipue rationibus innixus auctor suam de beneficentia doctrinam conceperit, quibus stipem largiendam esse censeat.

Praeter naturale Dei mandatum, quo praescribit ut divites bonorum suorum dispensatores se habeant, pleraeque Clementis enuntiationes ad haec Sacrae Scripturae verba referri possunt: *ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα δταν ἐκλίπῃ δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους συηνάς.* Quis dives 31, 5¹⁾.

Nostrae saluti aeternae metuentes, alteri misericordiam impertiri debemus, ut judicem Christum nobis propitium reddamus. Scribit enim in Paed. III c. XII 91, 3 „ἀγάπη“, φησι²⁾, „καλύπτει πλῆθος ἀμαρτιῶν“. Et in 92, 2 pergit: *καὶ τὸν μὲν ἐλεήμονας μακαρίζει, „ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται“*³⁾. Et in 93, 4 verba apud Matth. 25, 34—36 allegat, quibus Christus fidem suam iis obligaverit, qui aliorum necessitatibus sublevarent.

Pulcherrime eundem quoque stimulum in Paed. III c. VII 39, 2 exprimens, beneficentiam cum baculo comparat, quo innitens homo coelum ascendere debet. cfr. Str. III c. VI 56. Str. II c. XV 71, 4, quis dives 34.

Alter largiendi stimulus est aliorum et Dei amor. Hos duos amores ab auctore arte constringi ex Str. IV c. VI 29, 3 liquet: *αὐτίκα τὸν κανχώμενον τελείως τὰ ἐκ τοῦ νόμου προστάγματα πεπληρωκένται διήλεγχε μὴ τὸν πλησίον ἀγαπήσαντα.* cfr. Str. II c. XV 71, 1; Quis dives 27, 3—28, 2 et 29, 1.

Neque auctor naturalem miserationis sensum expulsum, sed Dei praecepsit auctum atque sustentatum cogitavit, in Str. II c. XVI 37, 4 scribens: *κοινωνικὸς μὴν γὰρ ἄνθρωπος ὑπὸ δικαιοσύνης γίνεται καὶ μεταδίδωσιν ὅντες ἐλαβεν παρὰ τοῦ Θεοῦ διά τε φυσικὴν εὑνοιαν καὶ σχέσιν διά τε τὰς ἐντολὰς αἷς πείθεται.*

Nostra igitur largiamur oportet. Num vero ea indiscriminatim et cuique petenti dare debemus? In disceptatione de labore Clementem arbitratum esse vidimus, unumquemque, alimentis indigentem, proprio labore et contentione vitae necessaria sibi comparare debere. Non ergo id spectabat, ut homines donis suis pigritiae faverent et parasitos alerent. Ceteroquin vero hac

¹⁾ cfr. Luc. 16, 9. ²⁾ sc. S. Petrus Apost. in epist. 8, 4.

³⁾ Matth. 5, 7.

in re non omni inconstantia liberari posse videtur. In Fragmentis enim scribit auctor: Ἐλεημοσύνας δεῖ ποιεῖν, δὲ λόγος φησίν, ἀλλὰ μετὰ κρίσεως καὶ τοῖς ἀξίοις. ὅπερ γάρ δὲ γεωργὸς σπείρει οὐκ εἰς ἀπασαν γῆν, ἀλλ’ εἰς τὴν ἀγαθήν, ἵνα αὐτῷ καρποφορήσῃ, οὗτῳ δεῖ σπείρειν τὴν εὐποιῶν εἰς εὐλαβεῖς καὶ πνευματικούς, ἵνα τῆς ἀπὸ αὐτῶν εὐκαιροπίας διὰ τῶν εὐχῶν ἐπιτύχῃς· γέγραπται γάρ· „εὐποίησον εὐσεβεῖς καὶ εὐρήσεις ἀνταπόδομα, καὶ εἰ μὴ ὑπὸ αὐτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τῷ ὑψίστῳ“. cfr. Sir. 12, 2. (Stählin 3 B p. 225 frag. 53.)

Et in „Quis dives“ 31, 7 de stipe danda loquens hanc monitionem inculcat: δρα πρώτον μὲν ως οὐκ ἀπαιτεῖσθαι σε κεκέλευκεν οὐδὲ ἐνοχλεῖσθαι περιμένειν, ἀλλὰ αὐτὸν ζητεῖν τοὺς εὖ πεισομένους ἀξίους τε ὄντας τοῦ σωτῆρος μαθητάς.

In c. 33, 2 contra, Christianos suos admonet ne anxius scrutentur, quis beneficentia dignus censendus sit. Scrutando enim aliquos quoque bonos debita stipe facile privant.

Duobus locis citatis (fragm. et Quis dives) auctor quoque stipem praecipue saltem Christianis destinare videtur. Clementem vero eos, qui se Christianos esse non profitebantur, a Christianorum beneficentia excludi voluisse antea jam negare possumus. Indoli enim ejus moderatae et humanae minime congrueret. Communis enim hominum amoris rationem praecclare in Str. IV c. XIII 93, 2—3 exponit scribens: ἀγάπην οὐν ἀσκεῖν τὸν τέλειον χρὴ, κανθένδε ἐπὶ τὴν θείαν φιλίαν σπεύδειν, δι’ ἀγάπην ἐκτελοῦντα τὰς ἐντολάς. τὸ δὲ ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθροὺς οὐκ ἀγαπᾶν τὸ κακὸν λέγει οὐδὲ ἀσέβειαν ή μοιχείαν ή κλοπήν, ἀλλὰ τὸν κλέπτην καὶ τὸν ἀσέβη καὶ τὸν μοιχόν, οὐ καθὸ ἀμαρτάνει καὶ τῇ ποιᾷ ἐνεργείᾳ μολύνει τὴν ἀνθρώπου προσηγορίαν, καθὸ δὲ ἀνθρωπός ἔστι καὶ ἔργον θεοῦ.

Praeterea auctor in „Quis dives“ eam beneficentiae rationem exponit, quae omnes homines complectitur. In c. 27 enim quaestione sibi ipsi proposita, quomodo homo divitiis suis uti debeat, hoc officium secundo illo mandato, primo simili¹⁾, circumscriptum esse contendit; dein c. 28, 2 ita pergit: πνευματομένου δὲ τοῦ προσδιαλεγομένου „τίς ἔστιν πλησίον;“ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον Ἰουδαίοις προωρίσατο τὸν πρὸς αἴματος, οὐδὲ τὸν πολίτην οὐδὲ τὸν προσήλυτον οὐδὲ τὸν δμοίως περιτεμημένον οὐδὲ τὸν ἐνὶ καὶ ταντῷ νόμῳ χρώμενον· ἀλλὰ ἀνωθεν καταβαί-

¹⁾ Matth. 22, 39.

νοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ ἄγει τῷ λόγῳ τινὰ εἰς Ἱεριχώ καὶ τοῦτον δείκνυσιν ὑπὸ ληστῶν συγκεκεντημένον, ἐρριψμένον ἡμιθνῆτα ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ὑπὸ ἰερέως παροδεύμενον, ὑπὸ Λευίτον παροδώμενον ὑπὸ δὲ τοῦ Σαμαρείτου τοῦ ἔξωνειδισμένον καὶ ἀφωρισμένον κατελεούμενον, ὃς οὐχὶ κατὰ τύχην ὡς ἐκεῖνοι παρῆλθεν, ἀλλ' ἦκε συνεσκενασμένος ὅν δικινυνεύων ἐδεῖτο, οἶνον, ἔλαιον, ἐπιδέσμους, κτῆνος, μισθὸν τῷ πανδοχεῖ, τὸν μὲν ἥδη διδόμενον, τὸν δὲ προσυπισχούμενον. „τίς“ ἔφη, „τούτων γέγονε πλησίον τῷ τὰ δεινὰ παθόντι;“ τοῦ δὲ ἀποκριναμένον διτι, „οὐδὲν πρὸς αὐτὸν ἐπιδειξάμενος· καὶ σὺ τοίνυν πορευθεὶς οὕτω ποίει“, ὡς τῆς ἀγάπης βλαστανούσης εὐποίαν.

Hos Clementis de beneficentia enunciationes vel breviter percurrentes facile perspicimus, eas doctrinam vere christianam redolere. Antiqui profecto acriter sentiebant divitiarum possessionem certa quoque officia iis imponere¹⁾. Cum vero antiqui largiendo bona sua praecipue sese amicis vel saltem civibus continerent imprimisque officia erga rempublicam premerent, Clemens, hos patriae et cognationis fines egrediens, largiorem communitatēm praedicabat. Hoc ei cum Stoicis commune est, qui primi „cosmopolitismum“ propagarunt²⁾. Non vero eorum scriptis sed Christi verbis innitens, Clemens Christianos suos admonet, ut non tantum gentiles vel ejusdem religionis sectatores, sed omnes homines, utpote Dei creaturas, diligent. Ceteri quoque quos allegat stimuli, Dei scilicet praeceptum et peccatorum remissio, vere christiani, Antiquis autem incogniti dicendi sunt.

§ 2. De matrimonio.

In Paed. III c. VIII 41, 3 auctor ad propriam de matrimonio disputationem rejicere videtur scribens: ὅπως μὲν οὖν συμβιωτέον ἀνδρὶ τὴν γυναικαν καὶ περὶ αὐτονομίας καὶ οἰκονομίας καὶ οἰκετῶν χρήσεως, πρὸς δὲ καὶ τῆς ὥρας τοῦ γάμου καὶ τῶν δσα γυναιξὶν ἀρμόζει ἐν τῷ γαμικῷ διέξιμεν λόγῳ κτλ. Item in Paed. II c. VI ubi de verborum obscoenitate agit § 52, 2 dicit: διειλήφαμεν δὲ βαθνιέρῳ λόγῳ ὡς ἀρα οὔτε ἐν τοῖς δνόμαισιν οὐδὲ μὴν ἐν τοῖς συνονοσιαστικοῖς μορίοις καὶ τῇ κατὰ γάμον συμπλοκῇ, καθ' ὅν κεῖται τὰ δνόματα τὰ περὶ τὴν συνήθειαν οὐ τετοιμμένα, ἡ

¹⁾ cfr. Leop. Schmidt, Die Ethik der alten Griechen. 2. B., p. 387—391.

²⁾ cfr. Zeller, Die Philosophie der Griechen in ihrer geschichtlichen Entwicklung. 3. Teil, 3. Auflage, p. 298.

τοῦ ὄντως αἰσχροῦ προσηγορία τάπτεται κτλ. Tertio vero eundem libellum significare videtur cum in Paed. II c. X 94, 1 scribit: *καθόλον μὲν οὖν εὶ γαμητέον ἢ γάμου εἰς τὸ παντελὲς καθαρευτέον (ἔχεται γὰρ ζητήσεως καὶ τοῦτο), ἐν τῷ Περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν δεδήλωται.* In hunc locum Meyboom¹⁾ adnotat: „Verg. 52, 2. Str. II 137. M. Wendland. Quaest. Muson. p. 36 dacht hierbij eerst aan het geschrift van een ander en achtte het verband eene aanhaling; later, Th. Lz. 1898, S. 653, dacht hij aan verwijzing naar een reeds voltooid gedeelte van de Stromateis. Zahn, Forsch. III, S. 37 f., denkt aan een afzonderlijk geschrift. Zoo ook Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Lit. II, S. 53. Vergel. de Faye Cl. d. Alex., p. 62. Zie ook Paed. II 52 en III 41.

Tollinton²⁾ vero putat, Clementis de matrimonio disputationem tum proprium scriptum, tum III^m Stromateon librum denotare posse. Et revera, si verba allata Stromateum jam absolutum designant, tertius ille, quippe qui matrimonium data opera tractet, profecto significari dicendus est. Cum vero liber ille res, quae verbis Paed. III c. VIII 41, 3 continentur, non nisi partim tractet, Harnack³⁾ tertium illum locum, a nobis citatum, allegans perditis Clementis scriptis libellum quoque *περὶ εγκρατείας* (*ἢ λόγος γαμικος;*) jure adnumerasse mihi videtur. Hoc vero eo magis dolendum est, quod in praeclara hac quaestione perpetuam disputationem aegre desideramus. In libris enim traditis contentiones dissensionesque Clementem inter et Gnosticos magnam de matrimonio disputationum partem constituant. Quae quidem contentiones, illis forte temporibus valde utiles, nobis minoris momenti esse videntur. Attamen, ea quae de hoc arguento nobis reliquit, copiose nobis facultatem faciunt, ut clare sententiam ejus animo effingamus. **Immo tam dilucide** tamque eleganter hac de re scripsit, ut W. Bornemann, teste Markgraff⁴⁾, Clementem uxorem habuisse hac de causa existimet. Ipse vero Markgraff, ad illam vitae maritalis descriptionem explicandam, qua Clemens ejus effigiem omnibus numeris perfectam et absolutam nobis proponat, eum connubium quoddam vere beatum cognovisse supponit. Hae quidem sententiae ex

¹⁾ H. Meyboom, Oud-christelijke Geschriften in Nederlandsche vertaling. Clemens Alexandrinus III. De Paedagoog II, p. 93.

²⁾ I. c. I, p. 195.

³⁾ A. Harnack, Geschichte der altchristlichen Literatur I 1.

⁴⁾ I. c., p. 504.

ipsa scriptorum indole proficiscentur, nullo vero Clementis vel aliorum testimonio fulciuntur. Tollinton vero ex ipsius Clementis verbis probabiliter¹⁾ deduci posse contendit, eum matrimonio conjunctum fuisse. Ad suam sententiam firmandam auctor imprimis Paed. III c. XI 58, 2 affert ubi Clemens, de annulo aureo agens, scribit: *εἰ δὲ ἄρα δέοι καὶ ἡμᾶς ἐμπολιτευομένους καὶ ἄλλας τίνας τῶν κατ’ ἀγὸν διοικουμένους πράξεις, πολλάκις δὲ καὶ ἄνευ γυναικῶν γενομένους ὑπὲρ ἀσφαλείας ἀποσφραγίζεσθαι τίνα, δίδωσι καὶ ἡμῖν εἰς τοῦτο μόνον σημαντῆρα, τοὺς δὲ ἄλλους ἀπορριπτέον δακτυλίους, ἐπεὶ „χόσμος“, κατὰ τὴν γραφὴν „χρυσοῦς φρονίμῳ παιδείᾳ“.* Hunc vero textum, ut vim probationis ei vindicet, ita interpretatur.

a) verbis „*καὶ ἡμᾶς*“ Clemens maritos ab uxoribus non vero viros a feminis sezungit,

b) coelibes vero postea includuntur (cfr. sub c),

c) verba „*πολλάκις δὲ ἄνευ γυναικῶν γενομένους*“ significant: „being in many cases unmarried men“, non vero: „being frequently absent from our wives“. Hisce vero praenotatis Tollinton vim argumenti in eo ponit, quod Clemens verbis „*καὶ ἡμᾶς*“ viris uxorem habentibus sese adnumeret, a ceteris vero, qui verbis „*ἄνευ γυναικῶν γενομένους*“ designantur, seipsum sezungat.

In hac vero interpretatione quaedam nos offendunt. Ut enim verbis „*καὶ ἡμᾶς*“, graviter positis, mariti ab uxoribus non vero viri a feminis sezungantur, verba „*ἄνευ γυναικῶν γενομένους*“ non tantum „coelibes“ designant²⁾, verum etiam gravitatem a particula „*καὶ*“ mutuentur oportet. Verba „*καὶ ἄνευ γυναικῶν γενομένους*“ autem, ut sonant, aequo ac „*ἐμπολιτευομένους*“ et „*διοικουμένους*“ verbo „*ἡμᾶς*“ potius apposita esse mihi videntur. Ut enim post duas illas attributiones verba „*ἄνευ γυναικῶν*“ etc. a particula „*καὶ*“ gravitatem acciperent, particula „*τούς*“ mihi inserenda esse videtur, ut claritati satisficeret. Tum enim *καὶ ἡμᾶς . . . καὶ τοὺς ἄνευ γυναικῶν γενομένους* sibi invicem vere opponerentur. Et haec quidem eo minus dubii relinquunt, quod verba „*καὶ ἡμᾶς*“ aliae sententiae rite opponuntur. In paragrapho enim 57^a Clemens de annulo

¹⁾ I. c. I, p. 270: „probability alone is left us; but the balance of the probability is, that he was a married man.“

²⁾ Neque hoc concedendum esse puto. Verba enim allata potius tum coelibes tum viros a feminis ad tempus sejunctos designare possunt.

ferendo loquens eum uxoribus eo tantum fine concedit, ut res (domi) sibi creditas rite obsignent: δίδωσι (sc. διδάσκαλος) οὐν αὐταῖς δακτύλιον ἐπ χρυσίον, οὐδὲ τοῦτον εἰς κόσμον, ἀλλ' εἰς τὸ ἀποσημαίνεσθαι τὰ οἶκοι φυλακῆς ἀξια διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς οἰκουργίας. Deinde vero, postquam de feminarum luxu, deque domus custodia aliquatenus fusius dixit ita pergit: εἰ δὲ ἄρα καὶ ἡμᾶς etc., quasi dicat: Annulus ad res obsignandas, ideoque uxoribus tantum concedi. Si vero nos quoque viri, sive in urbe occupati, sive, quod saepe accidit, uxores non habentes (vel ab iis ad tempus digressi) aliquid obsignare debemus, nobis quoque annulum (Magister) concedit.

Haec igitur Clementis verba ad viri docti Tollinton sententiam confirmandam omnino non valere mihi videntur. Verum et alias rationes auctor affert. Citatis enim numeris 503, 504, 509, 541, 573, 879 universe dicit, eos vitae conjugalis cognitionem accuratiorem arguere, quam merus spectator sibi acquirere posset (I p. 270 sq.). cfr. supra sententiam viri docti Kornemann. Haec vero argumentatio, nisi aliis rationibus fulciatur, nimis infirma dicenda est, praesertim cum illa accurata Clementis cognitio ex propriis rationibus rite explicari possit, quae ei cum Ecclesiae Alexandrinae Christianis intercesserunt. Per multos enim annos scholae catecheticae caput, ethnicos ad veram fidem convertere, neophytes christianis praeceptis imbuere, Christianos ulterius in viam salutis ducere enixe studuit. Dein ex variis testimoniosis eum presbyterum fuisse constat¹⁾. Cum vero presbyteri munus magna ex parte in eo consistit, ut intimos animorum sensus regat earum dubia in re morali solvat, mirum esse non potest Clementem coelibem tantam vitae conjugalis cognitionem acquisivisse.

Immo, cum Tollinton Clementem ut hominem varium et multiplicem laudat, qui altas philosophiae speculationes cum usu et familiaritate et, occasione data, cum convivio conjungere sciret, hoc quoque muneri ejus tribuendum esse duco, quo varias vitae rationes plane perspiciebat.

Cum vero Clemens Christiano gnostico suadet, ut matrimonium contrahat, quod homo coelebs multarum rerum magistro, usu dico, careat, eum justam amicorum et discipulorum facetiis ansam praebere auctor contendit: „it would have been like Epictetus, the celebrate teacher, upbraiding Demonax

¹⁾ cfr. Editio Stählin. Einleitung. A. Zeugnisse.

because he had no wife (I p. 272). Clemens vero coelibatum, propter altiores rationes susceptum, expressis verbis comprobat. Quis vero meliores rationes afferre potuisset quam magister ille et presbyter, cuius vita omnis in eo consisteret, ut animas Christo lucrifaceret? Cum igitur Tollinton concludit: „The whole of the available evidence no doubt falls short of proof. But if all Clement's many and varied remarks are put together, it is difficult to avoid the conclusion, that they proceed from one, who knew from experience, that the gain of wife and child's outweighs by large measure the risks and costs. Perhaps it was in part this influence, which kept the human side of Clement's nature from being wholly absorbed in speculative thought, or withering up into the unsympathetic learning of the man, who only knows his books“ (I p. 272) — haec conclusio mihi probari non potest. Cum enim haec res ab ipso Clemente omnino sileatur, neque aliorum qui de eo scripserunt, testimoniis fulciatur, vitae autem usum et cognitionem, quae Clemens in scriptis suis ostendit, aliunde satis explicari posse demonstraverimus, eum uxorem non habuisse adducor potius ut credam.

Clementis de matrimonio doctrinam aggredientes contentiones dissensionesque ejus cum variis haereticorum sectis praemittere lubet. Non quod dissensiones illas, si rem ipsam spectas, lectorum animos tantopere commoturas esse speremus; immo diligenter et enodate sectarum refutationem narrantes longe a scopo nos aberraturos putaremus. Cum vero ipse Clemens ea, quae de matrimonio dicit, magnam partem in hanc rem insumat, satis elucet, sectas illas in Ecclesia Alexandrina auctoritate multum valuisse. Unde brevem saltem hujus controversiae expositionem plurimum eo conducere putamus, ut temporis ejus condiciones planius intelligantur. Quae quo magis perspiciantur, eo altius genuinam Clementis sententiam indagare et omni ex parte animo effingere nos sinunt. Coelibatus enim quaestio, ut rem exemplo illustremus, quam Clemens subobscurè tractat, non nisi ex hac controversia exitum habet.

Postquam igitur Clemens in fine IIⁱ Stromatei (c. XXIII 137, 1) matrimonii disputationem exorsus, ex ipso IIIⁱ Stromatei initio haereticorum sectas aggressus est, disputationis ardore ita impellitur, ut ad finem quasi invitus eam protraxerit. Libro enim

huic finem imponens scribit: ἀλλὰ γὰρ πέρα τοῦ δέοντος ἡ πρὸς τοὺς ψευδωνύμους τῆς γνώσεως ὑποκριτὰς ἀναγκαῖα γενομένη ἀπήγαγεν ἡμᾶς καὶ εἰς μακρὸν ἔξετεινε τὸν λόγον ἀντιλογία. ὅθεν καὶ δ τοίτος ἡμῖν τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματεὺς τοῦτο ἔχει τὸ πέρας.

Et primo ille quidem Basilidianos insectatus (III c. I 1 sqq.) post brevem et satis obscuram doctrinæ expositionem mores dissolutos iis exprobrat (I, 3): ταῦτας παρεθέμην τὰς φωνὰς εἰς ἔλεγχον τῶν μὴ βιούντων ὁρθῶς Βασιλειδιανῶν, ὡς ἦτοι ἔχόντων ἔξοντιαν καὶ τοῦ ἀμαρτεῖν διὰ τὴν τελειότητα, ἢ πάντως γε σωθησομένων φύσει, καὶ νῦν ἀμάρτωσι, διὰ τὴν ἔμφυτον ἐκλογήν, ἐπεὶ μηδὲ ταῦτα αὐτοῖς πράττειν συγχωροῦσιν οἱ προπάτορες τῶν δογμάτων μὴ τοίνυν ὑποδυόμενοι τὸ δυομα τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἐν ἔθνεσιν ἀκραντεστάτων ἀκολάστερον βιοῦντες βλασφημίαν τῷ δυόματι προστριβέσθωσαν . . . Ex his verbis patet, hujus sectae assentatores, a principum suorum disciplinis deflectentes, docuisse, aliquos homines (Basilidianos scilicet) ab omni lege veri rectique solutos, natura sua ad aeternam felicitatem fuisse destinatos.

Dein in c. II^o eum Carpocrate et Epiphane cumque eorum discipulis concertat¹⁾, qui mulierum „communismum“ propugnantes, maximum, ut ait auctor, opprobrium Christiano nomini intulerunt (cfr. Eusebius H. E. IV 7, 10 et Irenaeus Haer. I 25, 3 a Meyboom allati).

Hujus Epiphanis libro de justitia prolati Clemens multa (6, 1—8, 3) allegat quae ita breviter astringi possunt: Ex ipsa rerum natura luce clarius apparet, Deum omnia communitati atque societati creavisse. Sol enim lucem suam omnibus, tum ratione praeditis tum ea parentibus, aequabiliter immittit victumque iis evocat. Leges vero (civiles) naturae leges infringere nos docuerunt et rerum possessiones in mundum intulerunt. Idem vero de matrimonio dicendum est: 8, 1: „κοινῇ τοίνυν δ θεὸς ἀπαντα ἀνθρώπῳ ποιήσας καὶ τὸ θῆλυ τῷ ἀρρενὶ κοινῇ συναγαγὼν καὶ πάνθ' ὅμοιως τὰ ζῷα κολλήσας τὴν δικαιοσύνην ἀνέφηνεν κοινωνίαν μετ' ισότητος. οἱ δὲ γεγονότες οὕτω τὴν συνάγονταν κοινωνίαν τὴν γένεσιν αὐτῶν ἀπηρνήθησαν καὶ φασιν· δι μίαν ἀγόμενος ἔχετω, δυναμένων κοινωνεῖν ἀπάντων ὥσπερ ἀπέφηνε τὰ λοιπὰ τῶν ζῴων“ (verba Epiphanis).

¹⁾ Epiphanis, Carpocratis filii, brevem historiam auctor refert in Str. III c. II 5, 1 sqq.

Clemens eum refutans ad Veterem Legem et Novum Testamentum imprimis provocat (8, 4) et paulo infra (10, 1) gravissimam libidinis accusationem iis infligit.

Marcionitarum vero doctrina, quam auctor in cap. III 12, 1 exponit, ex alio dogmate profecta, ad conclusionem, e diametro oppositam, pervenit. Naturam enim pravam nominantes, hujus pravitatis causam ex eo repetebant, quod mundum ex justo quidem Opifice, verum ex mala materia ortum esse contendeant. Ne ergo pravum hunc mundum implerent, a matrimonio sese abstinebant. Clemens autem urgens inconstantiae eos arguit, quod alimentis et aëre, quamvis ab Opifice creatis, uterentur.

Hanc vero de matrimonio doctrinam, qua duce Marcionitae homines a matrimonio, utpote malo, deterrere conabantur, impie et illiteratum in modum (21, 2), ait auctor, a veteribus philosophis imprimisque a Platone transtulerunt (c. III 13 sqq.). Veteres enim illi philosophi matrimonium non natura sua malum nuncupabant, verum ex eo quod, animam divinitatis partem habentes ejusque originem e coelo repetentes, eam in corpore tamquam in carcere inclusam ducerent. Deinceps ad suam sententiam confirmandam variis philosophorum dictis allatis, denuo (27, 1 sqq.) universe eos aggreditur, qui uxorum „communismum“ profitebantur eosque gravissimis verbis objurgat.

Hisce vero refutatis novum quandam sectam, Prodici scilicet, adoritur, quae magnam cum Basilidianis similitudinem praetulisse perhibetur. Seribit enim auctor c. IV 31, 1: *τοιαῦτα καὶ οἱ ἀπὸ Προδίκου φενδωνύμως γνωστικὸν σφᾶς αὐτοὺς ἀναγορεύοντες δογματίζουσιν, νιόνς μὲν φύσει τοῦ πρώτου θεοῦ λέγοντες αὐτούς . . . (3) λάθρᾳ γὰρ μοιχεύονται τὸ ἀλῶναι δεδιότες . . .*

Philosophi igitur quidam nobis describuntur, qui supra vulgus se positos arbitrantes, morum leges aliis non sibi latas esse autumabant. Quorum insolentiam Clemens redarguens, Sacra Scriptura tum Veteris tum Novi Testamenti imprimis auctore utitur.

Alii rursus (34, 1) hominem a dupli potestate creatum esse dicebant, ita quidem, ut superiorem hominis partem, ad umbilicum usque, magis divinae, inferiorem vero inferioris quoque artis opus ideo veneris appetentem dicserent. Hanc vero doctrinam, Manichaeismi finitimam, quam Clemens simplic

commemorat, ideo a fautoribus ejus excogitatam profecto ponere licet, ut pugnam libidinem inter et legem morum explicarent et culpam suam purgarent. Manichaeismi quoque illa doctrina redolet, cujus assentatores Clemens „Antitactas“ nuncupat. Quos quidem auctor haec docuisse perhibet (34, 3, 4): Deus, universi opifex, natura sua quidem pater noster dicendus est et omnia quae fecit bona sunt. Postea vero unum ex animalibus ab Ipso creatis zizania disseminavit; naturam enim malorum, qua nos omnes circumdedit, progignens, Patri nos opposuit (*ἀντιτάσσειν*). Quapropter, ut Patrem vindicemus, huic malorum genitori nos ipsos opponentes voluntati ejus obsistimus. Cum igitur dicit „non moechaberis“, nos, aiunt, consulto moechamur ut praeceptum ejus dissolvamus.

Postquam vero Clemens hanc sophisticam argumentationem variis rationum generibus diluere conatus est, § 40, 1 ita pergit: *"Ιν' οὖν μὴ ἐπὶ πλεῖον ὀνυχίζοντες τὸν τόπον πλειόνων ἀτόπων αἰρέσεων ἐπιμνώμεθα μηδ' αὐτὸν πλειόνων ἀπόστην λέγειν πρὸς ἀπόστην ἀναγκαζόμενοι αἰσχυνώμεθά τε ἐπ' αὐτοῖς καὶ ἐπὶ μήπιστον τὰ ὑπομνήματα προάγωμεν, φέρε εἰς δύο διελόντες τάγματα ἀπάσας τὰς αἰρέσεις ἀποκριώμεθα αὐτοῖς. ή γάρ τοι ἀδιαφόρως ξῆν διδάσκουσιν, η τὸ ὑπέροχον ἄδονσαι ἐγκράτειαν ιὰ δυσσεβείας καὶ φιλαπεχθημοσύνης καταγγέλλονται.* Hic igitur Clemens omnes sectas in duos ordines, sibi invicem oppositos, dividit. Et revera, in expositione supra relata variarum de vita sententiarum offenseiones nobis apparent. Hinc enim humana cupido, morum claustra effringere conata, furioso cursu omnem pudicitiam morumque integritatem secum rapere studebat; hinc vero mens, fucatae theologiae mysticae vi illecta, asceseos asperitatem nimis augebat. Inter quos errores religio Christiana interjacens gravissimos impetus sustinuit. Quam magnum enim periculum hi animorum cursus ei afferre possint nemo non videt, qui Anabaptistarum aliarumque id generis sectarum historiam perlegerit. Alexandriae quoque hoc periculum revera extitisse ex ipsa jam Clementis hos errores impugnandi sollicitudine satis elucet. Auctorem enim ceteroquin satis prudentem hac in re adversus aërem, ut aiunt, certavisse, minime putandum est.

Risum enim omnium movisset, si omni cogitatione curaque in id tantum incubuisset, ut opinionis sua somnia impugnaret. Et si ex dictorum celebritate aliquid colligere licet, secundam

illam opinionem, quippe quae matrimonium prorsus abolendum esse contendebat, plurimum valuisse vel saltem Clementis opinione longe funestiorem fuisse jure efficitur. Alteram enim libri hujus partem in hanc opinionem impugnandam maxime insumit. Inde fit, ut crebras illas ad matrimonium contrahendum exhortationes ejusque exaggeratas fere laudationes planius intelligamus. Matrimonii enim fundamenta, duobus arietibus labefactata, instauranda agebantur. Inde ea quoque multum illustrantur, quae Clemens de coelibatu censerit. De quo hic quaedam dicenda sunt.

a) De coelibatu.

Quidam putant, Clementem coelibatum vel omnino improbase vel saltem matrimonio non praetulisse. Markgraff v. g.¹⁾, disputationes suas complectens scribit: „Clemens' wesentliche Meinung ist klar, er ist nicht für die Virginität, er ist nicht Asket.“

Winter²⁾ vero Clementem utramque vitae rationem (matrimonium scilicet et coelibatum) aequa honestam habuisse putat. Unde Neandrum³⁾ allegans ei errorem obicit dicens: „Es ist also ein offensichtlicher Irrtum Neanders, wenn er behauptet, Clemens sei von einer gewissen Überschätzung des Cölibats nicht frei gewesen.“ W. Kornemann a viro docto Markgraff citatus putat, Clementem ipsum uxorum habuisse, ceteris vero optionem quidem dedisse, matrimonium autem coelibatui praetulisse.

Praecipua vero ratio, ob quam auctores Clementem matrimonium pluris fecisse censeant, in eo profecto sita est, quod multi certe textus matrimonium enixe commendant, ne dicam nimia laude cumulant. Evidem id genus verba auctoris nostri nimis fortasse eos urgere, alia vero praetermittere vel perperam interdum interpretari credo. Quae quidem Clementis verba, ab auctoribus passim relata, tripliciter dividi posse mihi videntur. Vel enim a) matrimonium magnopere commendant vel b) tum matrimonium tum coelibatum approbant vel c) coelibatum magis laudibus extollunt.

Ut vero hos textus rite jungamus eosque digne aestimemus, quaedam nobis observanda sunt. Winter⁴⁾ mirum non esse

¹⁾ cfr. scriptum citatum.

²⁾ cfr. l. c., p. 214 n. 4.

³⁾ Neander, Vorlesungen über die Geschichte der christlichen Ethik, Berlin 1864, S. 181.

⁴⁾ l. c., p. 213—14.

contendit, haereticos coelibatum matrimonio praetulisse: „Auf-fallen aber muß es, daß auch das kirchliche Urteil über den Wert des ehelichen Lebens ein schwankendes und sehr geneigt war, dem ehelosen Leben den Vorzug einzuräumen. Justin, Athenagoras, Minucius Felix sprachen sich in diesem Sinne aus (cfr. Hausch' bezügliche Stellen). Ausdrücklich setzt sich Cl. Str. III p. 54 mit Tatian auseinander, welcher die Stelle 1. Cor. 7, 5 so auslegte, als rate der Apostel mit diesen Worten von der ehelichen Gemeinschaft ab, indem er andeuten wolle, daß man in ihr zwei Herren diene. Was Tatian zur Verdrehung dieser Worte veranlaßte, war jedenfalls nichts anderes, als die vorgefaßte Meinung von dem Vorzug der Eunuchie. Clemens nennt eine solche Erklärung mit Recht sophistisch, er selbst hat hier die volle evangelische Erkenntnis. Er urteilt: wenn es von Gott gegeben wird ehelos zu bleiben und wer es um Gottes Willen in der Liebe zu ihm tut, der übt darin eine Tugend“.

Funk¹⁾ vero, quippe qui Clementis temporibus virginitatem et ascesim satis spectatas fuisse pro re comperta habet, coelibatum magnopere praedicare ejus fuisse negat.

Clemens quoque, quod minime praetermitti potest, non omnem coelibatum sed eum tantum comprobat, qui propter altiores rationes suscipitur. Str. III c. VI 511... ὅστε οὐδὲ η εὐρουγία ἐνάρετον, εἰ μὴ δι’ ἀγάπην γίνοιτο τὴν πρὸς τὸν θεόν. Vitam enim coelibem, ab alias causas susceptam, pudicitiam saepe non augere, contra multa ei damna inferre optime profecto noverat, eam odium in homines saepe gignere expressis verbis commemorat Str. III c. IX 67, 2: συνορῶ δ’ ὅπως τῇ προφάσει τοῦ γάμου οἱ μὲν ἀλεσχημένοι τούτου μὴ κατὰ τὴν ἀγίαν γρῖσιν εἰς μισαρθρωπίαν ὑπερρύησαν καὶ τὸ τῆς ἀγάπης οἴχεται παρ’ αὐτοῖς... Ex illa igitur exceptionis indole, quam coelibatus apud Clementem induit, sua sponte efficitur, eum hanc vitae rationem nunquam communem, ne frequentem quidem cogitasse. Coelibatus igitur laudes enixa matrimonii commendationi optime convenient, praesertim cum laudandi rationes, ut supra vidimus, minime desint. Multae enim sectae vel a re uxoria omnino abhorrentes, vel sanctitatem ejus mo-

¹⁾ Kirchengeschichtl. Abhandlungen und Untersuchungen, II. B. Clem. v. Alex., Über Familie und Eigentum, S. 45—60.

rum lascivia polluentes, hujus instituti fundamenta penitus labefactare conabantur. Quo igitur facta est, ut pleraque verba, matrimonium vehementer approbantia, in III^o illo Stromateo nobis occurrant, qui hac de re cum haereticis expostulat. cfr. v. g. Str. III 45—53, 60, 63—68, 86, 89.

Vulgo ea quoque proferuntur quae auctor in Str. II universe dicit scribens c. XXIII 140, 1—2: *Γαμητέον οὖν πάντως καὶ τῆς πατρίδος ἔνεκα καὶ τῆς τῶν παιδῶν διαδοχῆς καὶ τῆς τοῦ κόσμου τὸ δσον ἐφ' ἡμῖν συντελειώσεως, ἐπεὶ καὶ γάμον τίνα οἰκτείρουσι οἱ ποιηταὶ „ἡμιτελῆ“ καὶ ἀπαιδα, μακαρίζουσι δὲ τὸν „ἀμφιθαλῆ“, αἱ δὲ σωματικαὶ ρόσοι μάλιστα τὸν γάμον ἀγαγμαῖον δεικνύουσι· ἡ γὰρ τῆς γυναικὸς κηδεμονία καὶ τῆς παραμονῆς ἡ ἐπιτένεια τὰς ἐκ τῶν ἄλλων οἰκείων καὶ φίλων ἔοικεν ὑπερτιθεσθαι προσκαρτερήσεις, δσῳ τῇ συμπαθείᾳ διαφέρειν καὶ προσεδρεύειν μάλιστα πάντων προαιρεῖται, καὶ τῷ δυτὶ κατὰ τὴν γραφὴν ἀναγκαῖα „βοηθός“. Verum nec haec quaestionem dirimunt. Stimuli enim allati vel obligationem non urgent (puta corporis adversae valetudines), vel societatem, non vero ad unum omnes obligant (propter patriam). Coelibatus igitur, ut exceptio positus, his verbis minime repugnat. Praeterea Clementem matrimonii officium non absolute ponendum sed cum aliis comparandum dicere rite observat Funk¹⁾. Scribit enim in Str. II c. XXIII 137, 3: *οὔτε γὰρ παντὶ γαμητέον οὔτε πάντοτε, ἀλλὰ καὶ χρόνος ἔστιν ἐν φιλαθήσει, καὶ πρόσωπον φιλασήσει, καὶ ἡλικία μέχρι τινος. οὔτε οὖν παντὶ γαμητέον πᾶσαν οὔτε πάντοτε, ἀλλ’ οὐδὲ παντελῶς καὶ ἀνέδην, ἀλλὰ τῷ πως ἔχοντι καὶ δούλιαν καὶ δπότε δεῖ... Dein § 141, 4 de Veterum legibus in matrimonium latis disserens scribit: „οἱ τε νομοθέται οὐκ ἐπιτρέπουσι τὰς μεγίστας ἀρχὰς τοῖς μὴ γαμήσασι μετιέναι. αὐτίκα δὲ τῶν Λακώνων νομοθέτης οὔτε ἀγαμίον μόνον ἐπιτίμον ἔστησεν, ἀλλὰ κακογαμίον καὶ δψιγαμίον καὶ μονοδιαιτησίας· δὲ γενναῖος Πλάτων καὶ τροφὴν γυναικὸς ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον κελεύει τὸν μὴ γῆμαντα καὶ τὰς καθηκούσας δαπάνας ἀποδιδόναι τοῖς ἀρχοντινοῖς. Haec verba in eam opinionem nos adducere possent, ut putemus auctorem hic matrimonium omnibus necessarium cogitavisse ideoque coelibatum ut malum repudiasset. Huic argumentationi respondendum esse censeo,**

1) F. H. Funk, Kirchengeschichtl. Abhandlungen und Untersuchungen. II. B. Clemens v. Alex. über Familie und Eigentum, p. 45—60.

Clementem his verbis leges illas non simpliciter approbasse. Quod ex iis quae sequuntur clare patet. Scribit enim: „εἰ γὰρ μὴ γῆμαντες οὐ παιδοποιήσονται, τὸ δσον ἐφ' ἑαυτοῖς ἀνδρῶν σπάνιν ποιήσουσιν καὶ καταλύουσι τάς τε πόλεις, καὶ τὸν πόδιον τὸν ἐκ τούτων. τὸ δὲ τοιοῦτον ἀσεβὲς θείαν γένεσιν καταλυνόντων. Verba a nobis animadversa satis innuere mihi videntur, eum hic quoque cum iis pugnare, qui a matrimonio abhorrentes illud funditus evertere conabantur, praesertim cum alibi coelibatum expressis verbis laudat.“ Verba igitur allata proprium tempus spectantia, non tam absoluta dicenda sunt, ut inde tuto concludere possimus, auctorem matrimonium coelibatui vere protulisse. Has leges potius exemplum allegasse videtur, ut commune officium magis inculcet. Neque Str. II c. XXIII 139,5 in matrimonii favorem afferri potest ubi scribit: ἔσι, φασίν, ὁ ἀτεκνος τῆς κατὰ φύσιν τελειότητος ἀπολείπεται ἀτε μὴ ἀντικαταστήσας τῇ χώρᾳ τὸν οἰκεῖον διάδοχον· τέλειος γὰρ ὁ πεποιηκὼς ἐξ αὐτοῦ τὸν δμοιον, μᾶλλον δὲ ἐπειδὰν κάκεντον τὸ αὐτὸν πεποιηκότα ἐπίδῃ, τοντέστιν δταν εἰς τὴν αὐτὴν καταστήσῃ φύσιν τὸ τεκνωθὲν τῷ τεκνώσαντι. Verba enim „secondum naturam“ finem hominis naturalem a supernaturali distinguere videntur. Cum autem hominem matrimonio junctum, quod naturalem finem attinet, perfectiorem dicit, vitam coelibem supernaturali fini magis prodesse tacite saltem innuere videtur. Hoc vero eo magis accipiendum est quod alio loco fini huic supernaturali principatum defert. Verum haec urgere nolo. Cum vero Tollinton Clementem rhetoricae et sophismi artes quidem aversum, ejus autem scribendi genus scholastica exercitatione infectum declarat, in hunc locum hoc quadrare censeo. Cum enim eum tantum perfectum dicat, qui non solum filium sed etiam nepotem sibi nasci viderit, sophismum aperte redolet. Unde haec argumentandi ratio exornationis magis causa assumpta quam genuinam auctoris sententiam aperire mihi videtur. Hoc vero eo magis probatur, quod aliorum verba auctor hic affert. Denique et alia verba laudari possunt, quae studium et amorem coelibatus non obscure prae se ferant, iisque imprimis loci, qui tum matrimonium tum coelibatum laudibus extollunt. Ita scribit in Str. III c. XII 86,1: καὶ καθόλον πᾶσαι αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ ἀποστόλου σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν διδάσκονται περὶ τε γάμων, περὶ τε παιδοποίας περὶ τε οἴκου διοικήσεως μνγίας δσας ἐντολὰς περιέχουσαι οὐδαμοῦ γάμον

ἡθέτησαν τὸν σώφρονα, ἀλλά, τὴν ἀπολογίαν σύζουσαι τοῦ νόμου, πρὸς τὸ εὐαγγέλιον ἀποδέχονται ἐκάτερον τόντε εὐχαρίστως τῷ θεῷ γάμῳ κεχρημένον σωφρόνως τὸν τε εὐνουχίᾳ ως δικόιος βούλεται συμβιοῦντα, καθὼς „ἐκλήθη ἐκαστος“, ἐλόμενον ἀπαιστως καὶ τελείως. cfr. Str. III c. X 67, 1.

Illud quoque verbum Strⁱ III c. I, 4 memoria dignum est, quo coelibatum „donum Dei“ vocat, coelibesque beatos predicat: ήμεῖς εὐνουχίαν μὲν καὶ οὓς τοῦτο δεδώρηται ὑπὸ θεοῦ μακαρίζομεν, μονογαμίαν δὲ καὶ τὴν περὶ τὸν ἄντρα γάμου σεμνότητα θαυμάζομεν, συμπάσχειν [δὲ] δεῖν λέγοντες καὶ „ἀλλήλων τὰ βάρη βασιάζειν“, μή ποτέ τις^π, „δοκῶν“ καλῶς „ἔσταναι“ καὶ αὐτὸς „πέσῃ“. περὶ δὲ τοῦ δευτερού γάμου „εἰ πνοῖ“ φησὶν δὲ ἀπόστολος „γαμησον“.

Capitaine¹⁾ in hunc locum adnotat: „Den Anhängern des Valentini und Basilides gegenüber faßt Clemens sein Urteil über den ehelichen Stand zusammen: Jungfräulich sein ist besser als ein Ehestandsleben: in der Ehe ist die Ausübung der Ehe erlaubt: wer nach dem Tode des Ehegatten nicht enthaltsam leben kann, mag in Gottes Namen eine zweite Ehe eingehen“. Verba autem allata eo plus valent, quod in eo Stromateo nobis occurunt, in quo auctor eos quoque haereticos impugnat, qui homines a vita conjugali omnino deterrere conabantur.

Verum, tertium jam enuntiationum genus, earum scilicet, quae coelibatui praecipue indulgent, aggrediamur. In Str. III c. XVIII 105, 1 scribit: *Tὴν δικαιοσύνην τοίνυν καὶ τὴν ἀμορίαν τοῦ σωτηρίου σεμνὴν οὖσαν καὶ βεβαίαν οἱ μὲν ἐπέτειαν, ως ἐπεδείξαμεν, βλασφήμως ἐκδεχόμενοι μετὰ πάσης ἀθεότητος τὴν ἐγκράτειαν, ἐξὸν ἐλέσθαι τὴν εὐνουχίαν κατὰ τὸν ὑγιῆ κανόνα μετ' εὐσεβείας, εὐχαριστοῦντα μὲν ἐπὶ τῇ δοθείσῃ χάριτι, οὐ μοῦντα δὲ τὴν πτίσιν οὐδὲ ἐξουθενοῦντα τοὺς γεγαμηκότας. Hic locus igitur coelibatum „favorem“ dicit, pro quo Deo gratias referre debemus. Id unum coelibes tantum monet, ne alios despiciant.*

Praecipuum coelibatus amorem in Str. III c. XV 98 prodere mihi videtur dicens: *Πάλιν δικόιος φησιν „δικήμας μή ἐκβαλλέτω καὶ δικήμας μή γαμεῖτω,“ δικαίω πρόθεσιν εὐνουχίας διμολογήσας μή γῆμαι ἀγαμος διαμενέτω. ἀμφοτέροις γοῦν δικόιος διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου τὰς καταλλήλους*

¹⁾ Die Moral des Clemens von Alexandrien, p. 359.

διδωσιν ἐπαγγελίας ὅδε πως λέγων „μὴ λεγέτω δὲ εὐνοῦχος ὅτι ξύλον εἰμὶ ξηρόν· τάδε λεγεῖ δὲ κύριος τοῖς εὐνούχοις· ἐὰν φυλάξῃτε τὰ σάββατά μου καὶ ποιήσητε πάντα δσα ἐντέλλομαι, δώσω ὑμῖν τόπον κρείττονα νίῶν καὶ θυγατέρων“¹⁾.

Expressis autem verbis coelibatum praestantiorem dicit in Str. IV c. XXIII 149, 1: μυστικώτατα καὶ δσιώτατα δὲ ἀπόστολος διδάσκων ἡμᾶς τὴν ἀληθῶς εὐχάριστον ἐκλογὴν οὐ κατὰ ἀπειλογὴν τῶν ἐτέρων ὡς φαύλων, ἀλλ᾽ ὡς καλλίστα ποιεῖσθαι μεμήνυνεν εἰπών· „ῶστε καὶ δὲ γαμίζων τὴν παρθένον αὐτοῦ καλῶς ποιεῖ, καὶ δὲ μὴ γαμίζων κρείσσον ποιεῖ πρὸς τὸ εὐσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ κυρίῳ ἀπεισπάστως“.

Clementis igitur sententiam sic comprehendere licet. Matrimonii sanctitatem et amplitudinem ab haereticorum impetu strenue defendit. Vitam autem coelibem „in se“ perfectiorem et fini hominis ultimo magis accommodatam considerat. Cum vero homo necessario in id tendere debeat, ut finem suum ultimum attingat, coelibatum prorsus perfectiorem dicendum esse sponte inde sequitur. Cum vero „favoris“ seu exceptionis indolem p[re]a se ferat, conjugium communem vitae condicionem auctorem putavisse appetat.

b) Clementis doctrinae expositio.

Matrimonii definitio. Auctor in Str. II c. XXIII 137, 1 matrimonii expositionem incipiens hanc definitionem nobis tradit: γάμος μὲν οὖτις ἔστι σύνοδος ἀρδούσα καὶ γνωστὸς ἡ πρώτη καὶ τόμον ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ. In verbum „πρώτη“, quod lectorem illoco movet, Meyboom adnotat²⁾: „in tegenstelling met polygamie“. Haec rei explicatio prope ad illam verborum interpretationem accedit, quam Capitaine nobis exhibet scribens³⁾: „Wie die Anmerkung VIII p. 1086 n. 88 sagt, meint Cotelerius durchaus mit Unrecht, daß mit der Beschränkung πρώτη nur die erste Ehe erlaubt werde. Das Gegenteil ergibt sich ja aus zu vielen Stellen.“ His verborum explicationibus, quae quidem valde mihi non placent, meliorem opponere nequeo. Unde verbum „πρώτη“ quid significet me ignorare candide potius fatear oportet.

1) Isaias LVI 4—5: τάδε λέγει κύριος τοῖς εὐνούχοις· δοσοὶ ἀν φυλάξωνται τὰ σάββατά μου, καὶ ἐνλέξωνται ἢ ἐγὼ θέλω, καὶ ἀντέχωνται τῆς διαθήκης μου, δώσω αὐτοῖς ἐν τῷ οἴκῳ μου καὶ ἐν τῷ τείχει μου τόπον δομαστὸν, κρείττον νίῶν καὶ θυγατέρων.

2) I. c. XIII (Vlechtwerken II), p. 111, nota 7.

3) I. c. p. 361, nota 1.

Matrimonii contrahendi stimuli. In matrimonio, ut in omni re, inter finem et agendi stimulus distinguere licet. Finis ergo est id in quo res natura sua tendit. Stimuli autem sunt rationes accedentes, quae nos inducant, ut finem illum revera consectemur. In definitione igitur supra allata proprius matrimonii finis liberorum generatio designatur. Ad hoc vero auctor identidem revertitur. cfr. v. g. Str. I 1, Str. II c. XVIII 88 in fine. Paed. II c. X 83, 2 et 98, 2.

Hoc ita saltem intelligendum est, ut conjuges matrimonii finem principalem nunquam excludant. cfr. Paed. II c. X 95, 3.

Usum praeterea quem Neo-malthusianismi nomine hodie designant, auctor expressis verbis damnat in Paed. II c. X 96, 1 scribens: κατὰ φύσιν δ' ἀν ἡμῖν χωροίη δ βίος ἀπας κρατοῦσι τῶν ἐπιθυμιῶν ἀνωθεν μὴ κτείνονται τὸ ἐκ προνοίας θεῖης φυόμενον τῶν ἀνθρώπων γένος κακοτέχνοις μηχαναῖς· αὗται γὰρ πορνείας ἐπικαλύμματι τοῖς ἐξ παντελῆ κατασπῶσι φθορὰν φθορίοις συγχρόμεναι φασιάκοις ἔξαμβλισκοντιν ἀμα τῷ ἐμβρύῳ τὴν φιλανθρωπίαν.

Adeone vero Clemens matrimonii finem urgere censendus est, ut maritis omni congressu interdicat, si liberorum generatio propter aetatem sequi non possit? In hac quaestione auctor sibi constare non videtur. Severiorem sententiam in Paed. II c. X 95, 3 tradit scribens: τὸ δὲ μὴ εἰς παιδῶν γονὶν συνιέναι ἐννοβρίζειν ἐστὶ τῇ φύσει, ἢν χρὴ διδάσκαλον ἐπιγραφομένους τὰς σοφὰς τοῦ καιροῦ ἐπιτηρεῖν παιδαγωγίας, τὸ γῆρας λέγω καὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παρεισάγονταν (τοῖς μὲν γὰρ οὐδέπω συνεκώρησεν, τοὺς δὲ οὐκέτι βούλεται γαμεῖν), πλὴν οὐ πάντοτε γαμεῖν. γάμος δὲ ἡ παιδοποίας δρεξις, οὐχ ἡ τοῦ σπέρματος ἀτακτος ἔκκρισις ἡ παράνομος καὶ ἡ παράλογος.

In Str. VI c. XII 100, 3 hoc saltem ut Christianae fidei magis conveniens commendat: ἀδελφὴ δὲ τούτῳ (sc. τῷ γνωστικῷ) ἡ γυνὴ μετὰ τὴν παιδοποίαν, ὡς καὶ δυοπατρία, κρίνεται, τότε μόνον τοῦ ἀνδρὸς ἀναμιμησομένη, διηγίκα ἀν τοῖς τέκνοις προσβλέπῃ, ὡς ἀν ἀδελφὴ τῷ ὅντι ἐσομένῃ καὶ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τῆς σαρκὸς τῆς διαχωριζούσης καὶ διοριζούσης τὴν γνῶσιν τῶν πνευματικῶν τῇ ἴδιότητι τῶν σχημάτων.

Cum vero Stromateon libri, vitae gnosticae descriptionem exhibentes, multa contineant, quae perfectionis potius suasiones quam certa rei moralis praecepta dicenda sunt, idcirco haec verba urgeri non possunt. Contra, indulgentiorem sententiam,

qua alterum matrimonii finem naturalis desiderii sedationem indicare videtur in Str. III c. XV 96, 1—3 nobis tradit scribens: *Ἄνθις τε δταν φῆ „καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἀπιεσθαι· διὰ δὲ τὰς πορνείας ἔκαστος τὴν ἑαντοῦ γυναικα ἐχέτω“, οἷον ἐπεξηγούμενος πάλιν λέγει: „ἴνα μὴ πειράξῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς“¹⁾. οὐ γάρ τοις ἐγκρατῶς χρωμένοις τῷ γάμῳ ἐπὶ παιδοποίᾳ μόνῃ „διὰ τὴν ἀκρασίαν“ φησίν, ἀλλὰ τοῖς καὶ πέρα παιδοποίας προβαίνειν ἐπιθυμοῦσιν, ὡς μὴ πολὺ ἐπινεύσας δι’ ἐναντίας ἐκκυμήνη τὴν ὅρεξιν εἰς ἀλλοτρίας ἥδονάς. τάχα δὲ ἐπεὶ τοῖς δικαίως βιοῦσιν ἀνθίσταται διὰ ἔηλον καὶ ἀντιφιλονεικεῖ, ὑπάγεσθαι τούτους τῷ ἑαντοῦ τάγματι βουλδμενος, ἀφορμὰς δι’ ἐγκρατείας ἐπιπόνου παρέχειν τούτοις βούλεται.*

Apostoli igitur Pauli verba Clemens ita interpretatur, ut conjugibus „matrimonii usum“ non tantum liberorum generationis causa sed etiam ultro concedat, ne scilicet satanae stimulus exagitati, extra matrimonium naturale suum desiderium explere conentur.

Quod vero ad stimulus attinet, quibus auctor operam navat, ut Christianos ad matrimonium contrahendum inducat, in Str. II c. XXIII 139, 1 sqq. matrimonium laudans eorum aliquos nobis affert (cfr. supra p. 60).

Matrimonium igitur omnino contrahendum esse auctor ibidem declarat et patriae gratia et liberorum successionis (i. e. generis conservationis) causa et ut mundi cursum, quatenus in nostra potestate sit, tueamur. Poetae praeterea matrimonium „vacuum“ et liberis carens deplorant, undique vero floridum beatum praedicant. Maxime vero corporis morbi matrimonii contrahendi necessitatem arguunt. Mulieris enim sollicitudo et assiduitas amicorum consanguineorumque curae eo longius praestant, quo intimiore cum viro affectu conjuncta est. Unde Sacra Scriptura uxorem necessariam viri „auxiliatricem“ nominat.

In hac vero enumeratione quaedam lectoris animum in se convertunt. Cum enim Clemens patriae gratia matrimonium ineundum esse contendit, jure quis quaerat, verbum „patriae“ quid apud nostrum significet. Multae enim nationes, in Romanorum potestatem redactae, quamquam pacis emolumentis fruentes, vero tamen patriae amore imperium Romanum profecto non complectabantur.

1) cfr. I ad Corinth. 7, 1 sqq.

Quod vero ad liberorum successionem attinet, Veteres generis conservationem ideoque matrimonium ob cultum eorum qui vita discesserunt et ob sacra domestica maxime tuendum esse censebant. Hoc vero, utpote a Christiana religione abhorrens, Clemens ne verbo quidem commemorat, generis vero conservationem, ut naturale bonum et religioni saltem non inimicum recipit.

Veteres quoque uxorem viri „βοήθον“, liberos vero „γηροβοσκούς“ vocavisse auctor expressis verbis affirmat.

Haec omnia igitur opinionem praebent Clementem stimulos suos, quantum per religionēm christiam licebat, simpliciter a Veteribus transtulisse. Ne igitur nimiam vim iis tribuamus eosque potius eo consilio assumptos putemus, ut matrimonium ab haereticis labefactatum confirmarent. Unde magis ardorem matrimonii defendendi quam circumscriptas auctoris sententias exprimere videntur.

Matrimonii integritas. Matrimonii integritatem auctor noster identidem tuetur ab eoque omnia, quamvis parum libidinem resipientia, magna contentione arcere conatur. Ita v. g. in Str. II c. XXIII 145, 1 scribit: *καθαρὸν οὖν τὸν γάμον ὥσπερ τι ἵερὸν ἄγαλμα τῶν μαινόντων φυλακτέον, ἀνεγειρομένοις μὲν ἐκ τῶν ὑπνων μετὰ κυρίου, ἀπιοῦσι δὲ εἰς ὑπνον μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχομένοις, ἡμὲν δτ' εὐνάζῃ καὶ δτ' ἀν φάσ ιερὸν ἔλθῃ¹), μαρτυρομένοις τὸν κύριον παρ' ὅλον ἡμῶν τὸν βίον, τὸ μὲν θεοσεβεῖν τῇ ψυχῇ πεκτημένοις, τὸ σῶφρον δὲ μέχρι καὶ τοῦ σώματος ἄγονσιν.* cfr. Str. II c. XXIII 143.

Quorsum vero haec ejus oratio spectat in Paed. II c. X 99, 3 clare nobis innuit dicens: *καὶ τὸ σκότος αὐτοῖς ἔστι προκάλυμμα τῶν παθῶν μοιχεύει γὰρ τὸν ἔαντον γάμον δὲ ἐταιριζόμενος αὐτὸν, καὶ οὖν ἀκούει τοῦ παιδαγωγοῦ βοῶντος²)*. „δ ἀνθρωπος δ ἀναβαίνων ἐπὶ τῆς πλίνης αὐτοῦ, δ λέγων ἐν τῇ ψυχῇ τίς με δοᾶ; σκότος κύκλῳ μον, καὶ οἱ τοῖχοι σκέπῃ μον, καὶ οὐδεὶς βλέπει τὰς ἀμαρτίας μον τί εὐλαβοῦμαι; μὴ μηδσθήσεται δ ὑψιστος“. *ταλάντατος μὲν οὗτος, δρθαλμοὺς ἀνθρώπων δεδίως μόνους, λήσειν δὲ τὸν θεὸν ὑποροῶν.* cfr. Str. III 46 et 47.

Ex hac auctoris cura, qua matrimonii sanctitatem strenue defendere conatur, jam tuto concludere licet eum omnem illegitimum concubitum severe prohibuisse. Et primo quidem omnem naturalis desiderii expletionem ante matrimonii admissam

¹⁾ Hesiod. op. 339.

²⁾ Sirach 23, 18 sq.

ut illegitimam omnibus iis locis damnat, quibus consuetudinem venereum solis conjugibus licitam esse affirmat. cfr. v. g. Paed. II c. X 83, 1.

Conjugibus vero omnem consuetudinem extra matrimonium severe interdictum esse ex iis clare patet, quae infra de monogamia disputabimus.

Paederastia in Paed. II c. X 89, utpote naturae repugnans, etiam severius condemnatur (90, 4 cfr. 86, 2) et ut flagitii magnitudinem clare ostendat, Sodomeae exemplar nobis proponit. In Paed. III c. III 22 contendit Ethnico, hoc malo admissio, sese ab adulterio liberoſ putavisse dum e contra naturam ipsam aduterabant. In Paed. II c. X 90, 1 castitatem concinne commendans scribit: *χρὴ δὲ νιὸν μὲν ἡγεῖσθαι τὸν παιδας, εἰς δὲ τὰς γυναικας τὰς ἀλλοτρίας ὡς ιδίας ἀφορᾶν θυγατέρας, κρατεῖν τε ἥδονῶν γαστρός τε ἔπι καὶ τῷν ὑπὸ γαστέρᾳ δεσπόζειν ἀρχικώτατον.*

In corruptos quoque deorum mores acriter invehens, illegitimum concubitum, licet non directe, rejicit. Tam gravibus autem tamque crebris verbis directe eum vituperat, ut exinde clare pateat, quam perniciosum hoc vitium habuerit. Severa autem et alta ejus opinio iis verbis optime illustratur, quibus Novo Testamento omnino innitens, non facta solum sed etiam factorum desideria improbat. Str. II c. XI 50, 2: *ὅ τοίνυν γνωστὸς ἀφέξεται μὲν τῷν κατὰ λόγον καὶ τῷν κατὰ διάνοιαν καὶ τῷν κατὰ αἰσθησιν καὶ ἐνέργειαν ἀμαρτημάτων, ἀκηκοὼς δπως „ὅ ίδὼν πρὸς ἐπιθυμίαν ἐμοίχευσεν“¹⁾, λαβὼν τε ἐν υψῳ ὡς „μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὅφοριται“²⁾, κακεῖνο ἐπιστάμενος δπι „οὐ τὰ εἰσέρχομενα εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἀνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα διὰ τοῦ στόματος ἐκεῖνα κοινοῖ τὸν ἀνθρωπον· ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοί“³⁾.* cfr. Paed. II c. VI 51, 2. Hoc vero auctor ipse proprium discriumen inter Christianos et philosophos (Graecos) nuncupat⁴⁾. Unde in Paed. II c. VII 54, 1 Christianos suos admonet, ut omnem liberiorem feminarum congressum sedulo fugiant. Auctor hic profecto de familiaritate in potationibus loquitur. Eum vero ceteroquin quoque hanc curam adhibitam voluisse ex Paed. III

¹⁾ Matth. 5, 28.

²⁾ Matth. 5, 8.

³⁾ Matth. 15, 11, 18 sq.

⁴⁾ Str. III c. VI 57, 1: *Ἡ μὲν οὖν ἀνθρωπίνη ἐγκράτεια, ἡ κατὰ τὸν φιλοσόφους λέγω τὸν Ἑλλήνων, τὸ διαμάχεσθαι τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ μὴ ἐξυπηρετεῖν αὐτῇ εἰς τὰ ἔργα ἐπαγγέλλεται, ἡ καθ' ἡμᾶς δὲ τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν, οὐχ ἵνα τις ἐπιθυμῶν καρτερῇ, ἀλλ' δπως καὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν ἐγκρατεύῃται.*

c. XI 82, 5—XII patet. Et ibidem rationem addit (83, 3 in fine) scribens: „ἀπόστολεψον δὲ τὸν ὀφθαλμὸν ἀπὸ γυναικὸς κεχαριτωμένης, καὶ μὴ παταμάνθανε κάλλος ἀλλότριον,”¹⁾ φησὶν ἡ γραφή. κανὸν πόθη τὴν αἰτίαν, προσεπεξηγήσεται σοι. „ἐν γὰρ κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἀπεπλανήθησαν, καὶ ἐκ τούτου φιλία ὡς πῦρ ἀνακαίεται,”²⁾ εἰς πῦρ ἄγοντα ἀκατάπαυστον διὰ τὴν ἀμαρτίαν ἡ ἐκ πυρὸς δρμωμένη φιλία, ἥν ἔρωτα πεπλήκασιν.

Cum hac re Clementis monitionem connectere nobis liceat, qua convivia Christianis suis quidem non interdicit, iis autem salva urbanitate supersedere melius dicit. Hanc vero auctoris severam in judicando sententiam ille profecto plane intelleget, qui Paed. III c. III 21 sqq. perlegerit. Inde enim elucescit, quantopere impudicitia Alexandriae grassata sit³⁾.

Continentiae stimuli. Quod ad stimulus attinet, quibus Clemens lectorem ad morum continentiam adhortatur, hi omnes fere ad religionem referri possunt.

Et primo quidem in Str. III c. VII 59, 4 de continentia loquens dicit: Ἡμεῖς μὲν οὖν δι' ἀγάπην τὴν πρὸς τὸν κόσμον καὶ δι' αὐτὸν τὸ καλὸν ἐγκράτειαν ἀσπαζόμεθα, τὸν νέων τοῦ πνεύματος ἀγιάζοντες· καλὸν γὰρ „διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὑροντίζειν ἑαυτὸν”⁴⁾ πάσης ἐπιθυμίας καὶ „καθαρίζειν τὴν συνείδησιν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων εἰς τὸ λατρεύειν θεῷ ζῶντι”⁵⁾.

Hic ergo auctor tres stimulus nobis allegat, Dei scilicet amorem, ipsius virtutis pulchritudinem, templi Spiritus consecrationem. Qui stimuli vere christiani dicendi sunt. Ultima enim auctoris verba ita profecto intellegenda sunt, ut Christiani corpus suum, in quo Dei Spiritus habitat, vitae sanctitate consecrare teneantur⁶⁾). Saepe auctor lectores suos a libidine et incontinentia ex eo quoque praemonet, quod vitia illa a coelo excludunt. cfr. Paed. III c. IV 29. Str. III c. V 40.

Homo praeterea libidinis potestati occumbens Dei similitudinem, in quam tendere debet, nunquam attingit. Str. III c. V 42.

1) Sir. 9, 8. 2) Matth. 3, 12; Marc. 9, 43; Luc. 3, 17.

3) Ex hac quoque quaestione Clementis indoles optime illustratur. Auctor enim hic quoque ut multis aliis locis magistrum morum seu potius Presbyterum agit, h. e. Christianos sibi concreditos morum praeceptis imbuit. Unde id genus elucubrationes veluti scrupuli soluti nobis apparent, Christianorumque conscientiae angores quasi verbis prolatos audire nobis videmur.

4) Matth. 19, 12. 5) Hebr. 9, 14.

6) cfr. 1 Cor. 3, 16 sq. Paed. II c. X 101, 1.

Ab altera vero parte Clemens naturales quoque rationes, quae ad continentiam exercendam hominem stimulare possunt, non neglexit. In Str. enim III c. V 41 ipsam virtutis pulchritudinem afferens, continentiam libidini eo anteponit, quod haec quidem corpori servit, illam vero menti, praestantiori hominis parti, veram libertatem vindicat. cfr. Paed. III c. III.

De monogamia. Fidem Christianam monogamiam et quidem summa severitate constituisse certum est. Christus enim interrogatus num uxorem repudiare liceat apud Matth. XIX 3 sq. respondit: *καὶ προσῆλθον αὐτῷ Φαρισαῖοι πειράζοντες αὐτὸν καὶ λέγοντες· εἰ ἔξεστιν ἀπολῦσαι τὴν γυναικαν αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἵτιαν; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· οὐκ ἀνέγνωτε ὅτι ὁ κτίσας ἀπὸ ἀρχῆς ἀρσενὶς καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς καὶ εἶπεν· ἐνεκα τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα καὶ πολλῇ θήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μιάν; . . .*

Apostolus vero Paulus in epistola 1^a ad Corinthios, 7, 39—40 scribit: *γυνὴ δέδεται ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ δ ἀνήρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ ποιηθῇ δ ἀνήρ, ἐλευθέρα ἐστιν φ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν κυρίῳ. His verbis Clemens monogamiam statutam esse confirmat. Str. III c. XII 80. Et paulo inferius rationem addit scribens (82, 3): . . . ἀλλ' δ αὐτὸς ἀνήρ καὶ κύριος παλαιὰ καινίζων οὐ πολυγαμίαν ἔνι συγχωρεῖ (τότε γὰρ ἀπήτει δ θεός, δτε αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνειν ἔχοντα), μονογαμίαν δὲ εἰσάγει διὰ παιδοποιίαν καὶ τὴν τοῦ οἴκου κιδεμονίαν, εἰς ἣν „βοηθός“ ἐδόθη ἡ γυνή. Clemens igitur et liberorum saluti et rei familiaris commodo monogamiam profuturam esse censem.*

De matrimonii indissolubilitate. In Str. II c. XXIII 145, 3 legimus: *ὅτι δὲ γαμεῖν ἡ γραφὴ συμβουλεύει οὐδὲ ἀφίστασθαι ποτε τῆς συζυγίας ἐπιτρέπει, ἀντικρυστοῦ νομοθετεῖ· „οὐκ ἀπολύσεις γυναικαν πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ λόγῳ πορνείας.“¹⁾ μοιχείαν δὲ ἥγεῖται τὸ ἐπιγῆμαι ζῶντος θατέρου τῶν κεκωρισμένων. Et haec ultima verba confirmans scribit (146, 2): „δ δὲ ἀπολελυμένην λαμβάνων γυναικαν μοιχάται“, φησίν, „ἐὰν“ γάρ „τις ἀπολύσῃ γυναικαν, μοιχάται αὐτήν,“²⁾ τοντέστιν ἀραγκάζει μοιχευθῆναι. οὐ μόνον δὲ δ ἀπολύσας αἴτιος γίνεται τούτου, ἀλλὰ καὶ δ παραδεξάμενος αὐτήν, ἀφομίην παρέχων τοῦ ἀμαρτῆσαι τῇ γυναικὶ εἰ γὰρ μὴ δέχοιτο, ἀνακάμψει πρὸς τὸν ἄνδρα.*

¹⁾ Matth. 5, 32.

²⁾ Matth. 5, 32; 19, 9; Marc. 10, 11; Luc. 16, 18.

Sacra igitur Scriptura, ut Clemens expressis verbis affirmat, ad alias nuptias, vivente altera parte, migrantem etiam divortio facto adulterum (-am) nominat. Ex his verbis clare patet, auctorem matrimonii vinculum indissolubile habuisse. Cum enim adulterium sit illud flagitium, quo quis, matrimonii jugo vinclitus, ejus jura infringat, divortium vero ad alias nuptias transeuntem ab adulterii labe non liberet, matrimonii vinculum in divortio quoque manere censendum est. cfr. quoque Str. III c. XII 80 etc. XVIII, 108 ubi eandem doctrinam evidenter docet.

De matrimonii libertate. Quod ad hanc quaestionem attinet universe quaeri potest, num homines ad unum omnes matrimonium inire teneantur. Post ea, quae de coelibatu disputavimus, non est quod hac de re multum loquamur. Exinde enim sponte efficitur omnimodam necessitatem matrimonio vindicari non posse. Cum vero auctor in Str. II c. XXIII eum qui matrimonium iniit quodammodo coelibe meliorem dicit (139, 5), leges ab Antiquis in coelibes latas commemorat (140, 4), postremo coelibem ignaviae redarguere videatur (142, 1 sq.) breviter quaeramus oportet, num auctor sibi ipsi contradicere dicendus sit. Quod ex contextu potissimum patebit. Postquam igitur Clemens in Str. II c. XXIII 137, 1 matrimonii disputationem exorsus hoc sibi investigandum proposuit, num homo matrimonium inire debeat (2. *ζητοῦμεν δὲ εἰ γαμητέον ξιλ.*), in § 138, 2 sqq. brevem connubii historiam nobis tradit (*ἐπιώμεν δὲ ἐν βραχεῖ τὴν ιστορίαν*). Unde sententias allatas vel expressis verbis ut aliorum dicta assignat (*φάσι*), vel eas simpliciter commemorat. Quorsum vero haec historica quaestionis expositio spectat ex iis potissimum elucet, quae de legislatoribus antiquis disputat. Laudato enim eorum exemplo eos hac ratione ductos esse docet, ne matrimonii detrectatio civium orbitatem efficeret. *τὸ δὲ τοιοῦτον ἀσεβὲς θεῖαν γένεσιν καταλυόντων.* Ex his ultimis verbis patet Clementem eos impugnavisse, qui, haereticis sententiis abducti, ipsam matrimonii institutionem labefactare conabantur. Nimiam igitur matrimonii declinationem vituperat (cfr. supra p. 54 sqq.). Sententiae igitur allatae falsos continentiae stimulos ponere ideoque ad coelibatus quaestionem non pertinere videntur.

Quid vero Clemens de illa quaestione censerit, num mulier quoque matrimonii consortem libere sibi eligere debeat, postea videbimus.

De matrimonii ineundi aetate. Legitimae ad matrimonium ineundum aetatis, quam Antiqui maximi momenti esse duxerunt, ut matrimonium proprium suum finem attingeret, auctores Graeci saepe mentionem fecerunt¹⁾. Ita Hesiodus v. g. praeceptum tradit, ut vir, ad triginta annos natus, feminam duodeviginti ferme annorum in matrimonium ducat²⁾.

De hac quaestione Clemens pauca quidem tradit, certam vero aetatem non assignat.

In Str. II c. XXIII § 137, 3 universe scribit: . . . οὗτε γὰρ παντὶ γαμητέον οὕτε πάντοτε, ἀλλὰ καὶ χρόνος ἐστὶν ἐν φυσικῇ καθήκει, καὶ πρόσωπον φυσικής καὶ ἡλικία μέχρι τίνος. Verba „καὶ ἡλικία μέχρι τίνος“ profecto „terminum ad quem“, seu illum aetatis limitem designant, ultra quem matrimonium inire non convenit. Et quidem feminae non viri aetatem haec verba spectare censeo. Ad hanc sententiam declarandam quaedam nobis afferenda sunt, quae auctoris mentem clarius nobis ostendent. Saepissime auctor matrimonium ad liberorum tantum generationem institutum esse inculcat. Luce clarius mentem suam in Paed. II c. X 95, 3 exprimit scribens: τὸ δὲ μὴ εἰς παιδῶν γονῆν συνιέναι ἐννοβρίζειν ἐστὶ τῇ φύσει, ἢν χρὴ διδάσκαλον ἐπιγραφομένους τὰς σοφὰς τοῦ καιροῦ ἐπιτηρεῖν παιδαγωγίας, τὸ γῆρας λέγω καὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν, παρεισάγονταν (τοῖς μὲν γὰρ οὐδέποτε συνεχώρησεν, τοὺς δὲ οὐκέτι βούλεται γαμεῖν), πλὴν οὐ πάντοτε γαμεῖν. Quasi dicit: Cum liberorum generatio proprius matrimonii finis dicendus sit, qui vel propter infantiae initia vel propter decrepitam senectutem obtineri nequit, hos duos aetatis terminos natura matrimonii impedimenta, constituit. Infantia igitur utramque partem impedit, quominus matrimonium contrahat. Cum vero nonnisi seminarum grandior aetas liberorum generationem excludat, verba καὶ ἡλικία etc. in tantum aetatis limitem constituere duco, ultra quem nubere non debeant. Ceteroquin vero auctorem hanc sententiam aliquatenus mitigasse supra (p. 64 sq.) vidimus.

In Fragmentis quoque acriter obsistit, quominus puellae ante nubilem aetatem matrimonio jungantur: παρθένων φθορὰ

1) cfr. Leop. Schmidt I. c. II 165—166.

2) Hesiodus ἔ. π. ἡ. 695—699. cfr. Plato Leges 4, 721a, 6, 772d et Arist. Politica 1325a 28 qui eandem sententiam nobis exhibent nisi quod Aristoteles opportunam viri aetatem ad tricesimum septimum annum usque protraxerit.

λέγεται οὐ μόνον πορνεία, ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς παιδοῦ ἐκδοσις, ὅταν
ώς εἰπεῖν ἀρρενοφύλακας ἐκδοθῆ τῷ ἀνδρὶ ἢ τοι ἀφ' ἑαυτῆς καὶ παρὰ
τῶν γονέων. Haec verba fortasse ad illam Antiquorum con-
suetudinem spectant, qua tenerae virgines grandioris aetatis
viris nuptum tradebantur.

Verba tandem χρόνος ἔστιν ἐν φυσικῇ καθήκει, quid sibi velint
mihi non liquet. Quaeri enim potest utrum „χρόνος“ verbum
certum aliquod tempus an aetatem significet.

Mature sane in Ecclesia consuetudinem viguisse, quae
Christianos vetaret, quominus certis annis temporibus matri-
monium contraherent, ex eo constat, quod anno circiter 320 in
legem jam abierit¹⁾. Cum vero alia testimonia in auctore
nostro desiderentur, verba allata hac de re cogitationem quidem
injicere non vere certitudinem ei vindicare possunt.

Unde secunda illa interpretatio fortasse in promptu est,
quamquam ἡλικία jam aetatem significat. Ut enim verba ἡλικία
μέχρι τίτης „terminum ad quem“ ita χρόνος etc. „terminum a
quo“ designare possunt. Alibi enim auctor cum infantiam tum
senectutem matrimonium impedire posse contendit (cfr. supra
p. 71)²⁾.

De secundo matrimonio. De secundo matrimonio quid
Clemens senserit inquirentes illud matrimonium dicimus, quod
quis, priore ex justa causa — puta alterius partis morte —
soluto, inire constituit. In Ecclesia enim antiqua disceptatio
orta est, num Christianis secundum matrimonium inire liceret.
Scribit nempe Martene³⁾: „Secunda etsi matrimonia a liberis
personis legitime inita receperit semper probaveritque Ecclesia,
tanquam vera et indubitata sacramenta; ipsius tamen desi-
derium fuit ut nonnisi virgo virgini nuberet, secundasque

1) scl. in Concilio Laodiceae. Haec lex, nostris quoque temporibus
vigens, prohibet, quominus Catholici per tres vel quattuor hebdomades ante
Festum Domini (a. d. 8. Kalendas Januarias) et per sex hebdomades et
dimidiam ante Pascha — quae tempora theologi passim „clausa“ appellant —
matrimonium ineant.

2) In Str. VI c. XVI 144 Solonis quidem elegiam allegat, in qua legislator
septimam annorum hebdomadem (i. e. a duodetricesimo usque ad
tricesimum quintum aetatis annum) ut proprium matrimonii ineundi aetatem
assignat; cum vero Clemens ibidem id tantum spectet, ut symbolicam numerorum
vim nobis illustret, haec verba ad rem non pertinere mihi videntur.

3) De antiquis Ecclesiae ritibus libri tres: tom. II lib. I c. IX art. I, IV
(p. 121).

nuptias, ut certa incontinentiae signa, aegre tulit: „Non prohibemus secundas nuptias, sed non probamus saepe repetitas“ inquit S. Ambrosius, lib. de Viduis cap. 11. Et S. Hieronymus ad Geruntiam scribens: „Aliud est quod vult Apostolus, aliud quod cogitur velle. Ut concedat secunda matrimonia meae est incontinentiae, non illius voluntatis... Duae sunt Apostoli voluntates, una quae praecepit... altera quae indulget... vult nos manere post nuptias sicut seipsum... sin autem nos viderit nolle quod ipse vult, incontinentiae nostrae tribuit indulgentiam“. Immo ex antiquioribus Patribus non pauci bigamiam fornicationi et adulterio adnumerant. Ita censent Athenagoras, Legatione pro Christianis, Theophilus Antiochenus libro 3 ad Autolycum, Irenaeus lib. 3 adversus haereses c. 19, Clemens Alexandrinus, Minucius Felix, et alii quorum testimonia adducit vir doctissimus Johannes Baptista Cotelerius¹⁾ in Notis in librum 2 Pastoris cap. 4.“

Clemens igitur inter secundum illud matrimonium aversantes hic nobis proponitur. Ita quoque Rauschen²⁾ Clementis Str. III c. XII 82 allegans ait: „Dagegen hat Clemens von Alexandrien die zweite Ehe geradezu Ehebruch genannt.“ Cotelerius vero, a Martene allatus, imprimis Str. II c. XXIII 137, 1 affert³⁾. Matrimonium igitur ita interpretatur quasi verba πρώτη σύνοδος secundum matrimonium prohiberent. Hanc vero sententiae explicationem falsam esse ex iis quae sequuntur patebit.

Praeterea auctor in notis ita pergit: „Lege ejusdem (Clem. Alex.) operis I. 3, 428, 457, 459, 461, 464.“

Quos vero locos hi numeri designent invenire non potui: Cum vero, quod sciam, sequentes hujus rei adumbrationes omnes locos, ad eam pertinentes, tractent, spero fore ut numeros quoque a Cotelerio allatos respexerim.

Et primo quidem ambiguam Clementis loquendi rationem facile nobis confusionis ansam praebere confiteamur oportet. Scribit enim auctor in Str. III c. I 4, 3: ἡμεῖς εὐρουγίαν μὲν καὶ

¹⁾ S. S. Patrum, qui temporibus apostolicis floruerunt... opera edita et inedita... I. B. Cotelerius ex MSS. Codicibus eruit ac correxit, versionibusque et notis illustravit. Recensuit et notulas aliquot aspersit Johannes Clericus Antverpiae. 1698. 2 voll. 4—5.

²⁾ Gerhard Rauschen, Grundriß der Patrologie. Freiburg im Breisgau 1913, p. 47.

³⁾ vol. I, p. 90, nota 34.

οῖς τοῦτο δεδώρηται ὑπὸ θεοῦ μακαρίζομεν, μονογαμίαν δὲ καὶ τὴν περὶ τὸν ἄνα γάμου σεμνότητα θαυμάζομεν. Et in c. IX 74, 2: ἐκκλησία δὲ ἀλλον οὐ γαμεῖ τὸν υνυφίον κεκτημένη, ἀλλ' ὁ καθ' ἔκαστον ἡμῶν ἦν ἀν βούληται κατὰ τὸν νόμον γαμεῖν, τὸν πρῶτον λέγω γάμον, ἔχει τὴν ἔξουσίαν. cfr. quoque ejusdem libri 90, 1 et 108, qui loci eandem fere sententiam nobis exhibent. Fortius vero auctor sententiam suam in c. XII 88, 4 efferre videtur scribens: πρὸς ἐντροπὴν δὲ καὶ ἀγαποτὴν τῶν εὐεπιφόρων εἰς τὸν δεύτερον γάμον ἀρμονίως δὲ ἀπόστολος ὑπέρτιον φέρεται καὶ αὐτίκα φησί· „πᾶν ἀμάρτημα ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἀμαρτάνει“. His igitur verbis auctor a secundo matrimonio abhorrente videtur. Immo ultimis verbis eum Rauschen matrimonium adulterio exaequantem facit.

Ex altera vero parte omnino constat, Clementem secundum matrimonium comprobasse. Scribit enim in Str. III c. XII 80, 1. Apostolum Paulum¹⁾ allegans: πάλιν τε αὐτὸν περὶ τοῦ νόμου διαλεγόμενος, ἀλληγορίᾳ χρώμενος „ἡ γὰρ ὑπανδρος γυνὴ“ φησί, „τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ“ καὶ τὰ ἔξῆς. αὐθίς τε²⁾· „ἡ γυνὴ δέδεται ἐφ' ὅσον ζῇ χρόνον δὲ ἀνήρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, ἐλευθέρα ἐστὶν γαμηθῆναι, μόνον ἐν κυριῷ· μακαρία δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτως μείνῃ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην.“ Et in eodem libro c. XII 82, 4: καὶ εἴ τινι δὲ ἀπόστολος δι' ἀκρασίαν καὶ πύρωσιν „κατὰ συγγνώμην“ δευτέρου μεταδίδωσι γάμου, [έπει] καὶ οὗτος οὐχ ἀμαρτάνει μὲν κατὰ διαθήκην (οὐ γὰρ κεκώλυται πρὸς τοῦ νόμουν), οὐ πληροῦ δὲ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας τὴν κατ' ἐπίτιασιν τελειότητα. cfr. quoque Str. III c. I 4, 3.

Hanc vero difficultatem eo sane dissolvere possumus, quod Clementem iisdem verbis non eandem semper sententiam subjacentem facimus. Cum enim auctor verbo δεύτερος γάμος modo secundum illud matrimonium, de quo nos agimus, (Str. III c I 4, 3; c. XII 82, 4) modo vero γάμον ἐπείσακτον (Str. III c. XII 88, 4) significaret, nullo loco secundum matrimonium vere improbare dicendus esset. Hac in re enim verba „ἔνα γάμον“ (Str. III I 4, 3), „πρῶτον γάμον“ (74, 2), „μιᾶς γυναικός“ (90, 1 et 108, 2) non utique secundum matrimonium sed γάμον ἐπείσακτον rejicere aestimanda sunt. Qui vero hunc interpretandi modum nimis quaesitum existimat, Clementem, idque brevi intervallo, (Str. III 82 et 88) pugnantia loqui confiteatur oportet. Quid vero horum

1) ad Rom. 7, 2.

2) I Corinth. 7, 39 sq.

eligendum sit, lectori judicandum relinquo. Quidquid vero est, Clementem in secundum matrimonium aversantibus nude saltem numerari non posse ex iis quae disputavimus satis elucet. Denique hoc quoque constat, auctorem, secundum matrimonium approbantem, id tamen cum christiana perfectione minus consentaneum habuisse (Str. III c. VII 82, 4).

De ratione quae marito cum conjugi intercedat. Auctorem, Si Pauli Apostoli vestigia prementem, omnium hominum aequabilitatem praedicare juvat. cfr. Str. II c. XVI 73; Str. V c. V 30, 4; Paed. I c. VI 31, 1. Hanc naturae aequabilitatem maritis quoque vindicans — Str. IV c. VIII 59, 1: *οὐκ ἀλλιγητοίνων πρόδες τὴν ἀνθρωπότητα φύσιν ἔχειν) ή γυνή, ἀλλην δὲ οἱ ἀνήρ φαίνεται, ἀλλ’ η τὴν αὐτήν, ωστε καὶ τὴν ἀρετήν —* eam tamen non perfectam omnibusque numeris absolutam dicit, verum sexus partim pares partim impares esse contendit. Cum vero homo ex anima et corpore constet, auctor vero corporis quidem discepantiam, non vero animarum varietatem agnoscat, ex hoc fonte sexuum tum aequabilitatem tum dissimilitudinem deducit. Ex animarum igitur similitudine è maritum è uxorem, quod ad virtutem attinet, omnino similes esse perhibet, ut postea videbimus. Feminae autem, utpote femineo corpore praeditae, liberorum generatio domusque custodia obveniunt. (Str. IV c. VIII 59). Auctor igitur feminam corporis qualitatibus domesticis tantum officiis destinatam esse putat. Ceteroquin vero hac de re copiosius non disserens, in § 60, 2 Apostolum Paulum afferens, virum familiae caput nominat. Hanc vero mariti potestatem non tyrannicam sed in amore fundatam putat. In § 64 enim pulchra comparatione sibi assumpta, qua Apostolus maritorum conjunctionem cum ea ratione confert, quae Christo cum Ecclesia intercedat, auctor scribit: *διὸ ἐν τῇ πρόδεᾳ Ἐφεσίους γράφει „ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φρέβῳ θεοῦ· αἱ γυναικεῖς τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὡς τῷ κυρίῳ, διτι ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς ὡς καὶ οἱ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας, αὐτὸς δὲ σωτήρ τοῦ σώματος. ἀλλ’ ὡς η ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ, οὕτως καὶ αἱ γυναικεῖς τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ἐν πατέλ. οἱ ἀνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναικας, καθὼς καὶ οἱ Χριστὸς ἥγαπησεν τὴν ἐκκλησίαν· οὕτω καὶ οἱ ἀνδρες ὅφειλοντιν ἀγαπᾶν τὰς ἑαυτῶν γυναικας ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. οἱ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναικα ἑαυτὸν ἀγαπᾷ· οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν.“*

Maritorum inter ipsos officia quod ad liberorum generationem

pertinet in Str. III c. XII 79 tractat. cfr. ejusdem libri c. XV 96 et c. XVIII 107.

Viris denique praecipit, ut familiam suam honeste sustentant.

De muliere. Pauca sunt quae auctor scribendo tam intime senserit tantoque studio tractaverit. Quamquam enim tristissima oratione multa depinxit, vel in fuscis illis picturae partibus eum verae muliebris pulchritudinis studio ductum fuisse negare nos non licet. Lucida enim obscuris illustrantur colorumque varietate pictura distinguitur. Antequam vero hujus tabulae descriptionem aggredimur quaedam referamus oportet, quae superiori § intime cohaerent.

Clementem maritum et uxores pares dixisse supra jam monuimus, ita tamen ut pro qualitatum varietate uterque locum suum in vita communi obtineat. Quod ad virtutem vero attinet, perfectam aequitatem cum viri tum mulieris agnoscit. Scribit enim in Str. IV c. XIX 118, 1: *ταύτης τοι τῆς τελειότητος ἔξεστιν ἐπ' ἵσης μὲν ἀνδρὶ, ἐπ' ἵσης δὲ καὶ γυναικὶ μεταλαβεῖν.* Unde feminis enixe commendat, ut ipsae ad virtutem studio et ardore incumbant, etiamsi viri ab ea declinent. Eumque qui vel uxorem vel servam ab hac voluntate deducere conatur admonet, ne domum suam injustitiae et licentiae locum faciat. Str. IV 123. Praeterea hujus insolentiae jus ei omnino abjudicat. Cum enim virtus unicuique propria dicenda sit, hanc libertatem atque immunitatem nemini infringere licet¹⁾.

In § 118—123, 1 variis quoque exemplis ex historia cum sacra tum profana petitis ostendit, multas feminas in rerum decursu virtute et omni genere doctrinae floruisse. Ita v. g., ut notissima quaeque proferamus, Judith et Esther exemplis allatis, ex Aspasia Socratem philosophum et Periclem rhetorem multum fructum cepisse affirmat et Corinnam, Telesillam, Sappho poetrias, necnon Eirenen et Alexandriam pingendi artifices honorifice commemorat. Unde satis liquet, auctorem animi atque ingenii cultum in feminis quoque permagni fecisse.

Clemens vero feminae non tantum aequabilitatem vindicat, verum etiam, utpote debilioris naturae, a viri libidinibus eam

¹⁾ Hujus aequalitatis peculiare argumentum in Paed. I c. IV affert. Commune enim nomen „ἀνθρωπος“ quo tum virum tum feminam indicamus, et „παιδίατον“, quod ut puerum ita quoque puellam assignat, eam arguere contendit.

strenue defendit. Scribit enim in Str. II c. XXIII 143, 1: εὐχὴν οὖν μεγίστην καὶ "Ομηρος τίθεται „ἀνδρα τε καὶ οἰκον,“¹⁾ ἀλλ’ οὐχ ἀπλῶς, μετὰ „διμοφροσύνης“ δὲ τῆς „έσθλῆς“· διὸ γὰρ τῶν ἀλλων γάμος ἐφ ἡδυπαθείᾳ διμονοεῖ, διὸ τῶν φιλοσοφούντων ἐπὶ τὴν κατὰ λόγον διμόνοιαν ἄγει, διὸ τὸ εἶδος, ἀλλὰ τὸ ἡδος ἐπιτρέπων ταῖς γυναιξὶ κοσμεῖσθαι μηδ’ ὡς ἐρωμέναις χρῆσθαι ταῖς γαμεταῖς προστάττων τοῖς ἀνδράσιν σκοπὸν πεποιημένοις τὴν τῶν σωμάτων ὑβριν, ἀλλ’ εἰς βοήθειαν παντὸς τοῦ βίου καὶ τὴν ἀρίστην σωφροσύνην περιποιεῖσθαι τὸν γάμον. cfr. Paed. II c. X 99, 3. Et in Paed. II c. X 97, 2—3 subtilem hanc psychologicam rationem affert scribens: . . . εἰ γὰρ σεμνότητα ἀσκητέον, ὥσπερ οὖν, πολὺ πλέον τῇ γυναικὶ τῇ ἔαντοῦ τὴν σεμνότητα ἐπιδεικτέον τὰς ἀσκήμονας συμπλοκὰς παραιτούμενον καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίου ἀγνείας ἡ ἐχέγγυος πίστις οἴκοθεν παραγινέσθω. οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι σεμνὸν παρ’ ἐκείνῃ νομισθῆναι, παρ’ ἢ τὸ σεμνὸν οὐκ ἐμμάρτυρον δείκνυται ἐν αὐταῖς ἐκείναις ταῖς δξείσις ἡδοναῖς. εὕνοια δὲ διλισθηρῶς εἰς συνονοσίαν ἔχειν διμολογοῦσα δῆλον ἀνθεῖ καὶ συγγηράσκει τῷ σώματι, ἔσθ’ διε δὲ καὶ προγηράσκει μαρανθείσης τῆς ἐπιθυμίας, δπότιαν τὴν γαμήλιον σωφροσύνην ἐταιρικαὶ καθνβρίσωσιν ἡδοναῖ πιηραὶ γὰρ αἱ τῶν ἐρώντων καρδίαι καὶ σβέννυται μεταροια τὰ φίλτρα, τρέπεται δὲ πολλάκις τὸ φιλεῖν εἰς τὸ μισεῖν, δπότιαν αἰσθηται τῆς καταγνώσεως δικόρος.

Marito igitur praecipit, ut caste in uxorem se gerendo reverentia ejus dignum se praebeat. Graviter quoque matrimonio junctos admonet, ne animorum studium vilibus corporis voluptatibus contineatur. Corpore enim tabescente talis quoque amor conseruescere solet, quin etiam saepe in ipso aetatis flore evanescit vel in odium vertitur.

Auctor porro duas feminas nobis depinxit, unam levem, nimio placendi amore agitatam, voluptatibus deditam, alteram sobriam, continentem, suae domui bene propositam, quam Sacra Scriptura pulchro elogio fortem nominat.

In universum Clemens Christianos suos impense hortatur, ut ubique, praesertim vero in conviviis, urbanitatem colant, quod mores agrestes intemperantiae eos arguant. cfr. Paed. II c. II 31, 1 et c. I 11. Ita quoque feminas admonet, ut bibentes elegantiam observent. (Paed II c. II 33, 1). Auctorem vero non

1) cfr. § 181 sq.

tantum bibendi modum sed potius temperantiam spectavisse dilucide nobis indicat scribens (2): „δργὴ δέ“, φησίν¹), „μεγάλη γυνὴ μέθυσος“, οἰονεὶ χόλος θεοῦ οἴνομάχλη γυνὴ. διὰ τί; διὰ „ἀσκημοσύνην αὐτῆς οὐ συγκαλύπτει“. ταχὺ γὰρ εἰς ἀταξίαν ὑποσύρεται γυνὴ, καὶ μόνον ἐπιδῷ τὴν προαιρεσιν εἰς ἡδονάς.

Ceteroquin vero auctor mulieres a conviviis arcere conatur, eundi tamen veniam, temporibus cogentibus, non denegat. In nuptiis vero virorum compotationem, praesertim vino calentium, omnino interdicit. Hanc vero severitatem ex eo provenisse, quod sermones moresque convivales Alexandriae misere jacerent, auctor in eodem cap. § 53, 5 non obscure innuit.

In Paed. II mulieres acerbis facetiis exagitans, passim licentiam, animi levitatem, effusionem, verbo omnia ea vitia iis exprobrat quae prohibeant, quominus vitae conjugalis officia debita gravitate et peritia aggrediantur. cfr. Paed. II c. VIII 66, 1; c. X 107, 3; 107, 5; 114; c. XII. cfr. quoque Paed. III c. II et c. IV 27.

Haec omnia ab auctore nostro diligenter et enodate narrata perlegentes, eum tristem seminarum imaginem depinxisse confiteamur oportet. Ne vero putemus Alexandriam ad eam impietatem pervenisse, qua major attingi nequit. Id saltem non satis constat auctorem, nostrae aetatis vitam urbanam describentem, lenioribus coloribus usurum fuisse. Similes enim querelas in magistrorum virtutis scriptis hodie quoque offendimus. Neque temere ponitur auctorem temporis sui vitia aliquatenus in majus aucta narravisse. Ipse saltem de hac superlatione se excusare videtur scribens (Paed. III c. XII 86, 1): ταῦτα, εἰ καὶ τραχύτερον προηνέχθην οἴκονομούμενος τῆς ἐπανορθώσεως τὴν σωτηρίαν, ἐμοὶ μὲν λελέχθων, φησίν δὲ παιδαγωγός, ἐπειδὴ „δὲ ἐλέγχων μετὰ παρρησίας εἰρηνοποιεῖ“²⁾ ὑμεῖς δὲ εἰ μὲν ἀκούσεσθέ μου, σωθήσεσθε, εἰ δὲ οὐ προσέξετε τοῖς εἰρημένοις, οὐ μοι μέλει· μέλει δέ δμως καὶ οὕτως: „τὴν γὰρ μετάρουσαν τοῦ ἀμαρτωλοῦ μᾶλλον ἢ τὸν θάνατον αἰρεῖται“...³⁾

Quidquid vero est, ex verbis allatis, quae ad omnes Paedagogi libros spectant, profecto liquet auctorem depravatos mores severe reprehendentem id egisse, ut Christianos

¹⁾ cfr. Sirach 26, 8.

²⁾ Proverb. 10, 10.

³⁾ cfr. Ezechiel 18, 23. 32; 33, 4.

ad veram animi constantiam et libertatem adduceret. In omnibus igitur vituperationibus ejus sollicitudinem potius presbyteri, populi sibi commissi mala commiserant, quam atram bilem judicis iniqui, ab omni vitae cupiditate abhorrentis spectemus oportet.

Quod ad feminas praesertim attinet, veram suam mentem in Paed. III c. II 7 nobis innuit. Blandiendi placendique enim artibus vehementer objurgatis, eas liberae feminae ingenium maculare dicit. Quid vero liberae feminae ingenium interpretetur jam nobis videndum est.

Auctorem nostrum mulierem dotibus, ipsa natura ei inditis, vitae domesticae destinatam habuisse supra jam vidimus. Praeterea identidem (v. g. Paed. III c. XI 58) eam viri auxiliatricem (*βοηθόν*) appellat. Ex his duabus notis, mulieri impressis, duplex quoque officium, ab auctore ei assignatum, domus scilicet custodia et familiae, ut ita dicam, emendatio, sponte sua emanant.

Quod ad domus custodia attinet, Clemens imprimis mulieres sedulo admonet, ne tempus suum et virorum opes per luxum dissipent, neve moribus perditis familiam suam perturbent. Dein quoque semel atque iterum diserte voluntatem suam significat, ut mulieres non solum rem familiarem custodian, sed ipsae quoque muliebres operas prompto animo aggrediantur. Hi mulierum labores, cum luctatio cursusque certamen eas deinceant, pro corporis exercitationibus quoque subjiciendi sunt. Lanificio textrinoque sese exerceant, suaque manu ea, quae opus sint, e cella penaria promant. Imprimis vero mulierem, ad rem attentam, cibos praeparare convenit, ut virum suum gaudio afficiat. Denique auctor ad omnia officia domestica eam enixe adhortatur. cfr. Paed. III c. X 49.

In Paed. III c. XI hanc rem denuo tractans assiduae mulieris laudes, verbis ex Sacra Scriptura praesertim petitis, magnifice praedicat.

Munus vero multo praeclarioris mulieri ut viri auxiliatrici, vitaeque consorti auctor assignat, eoque ipso dilucide comprobat, quam magni eam fecerit et vim ejus quam digne aestimaverit.

Memoratu imprimis dignum est, Clementem enixe mulieres urgere, ut viros suos sincere amore diligent.

In Str. IV c. XX 125 Euripidem allegans, hujus amoris

imaginem venustam nobis effinxit¹⁾). Unde in Paed. III c. XI 57, 2 potestate ornandi eo consilio mulieribus facta, ut viris suis placeant, in § 3 praecipue iis commendat, ut non tam corporis pulchritudine quam casto mariti amore, „violentio illo legitimoque veneno“, virorum aestimationem sibi concilient²⁾.

Cum vero difficultates rei familiari nocivae a viro obortae sint, modeste suadendo eas tollere conentur. Quodsi vir ei non auscultat, ipsa tamen, quatenus fieri potest, integre vivere conabitur. (Str. IV c. XX 157).

Virorum vero perversis animi motibus laborantium cupiditates libidinesque paullatim mitigare conentur. Tale quid in Str. IV c. XIX 123, 2 et 3 quoque mulieribus defert scribens: *ἔλοιτ' ἀν οὐν ἡ σώφρων πρῶτον μὲν πειθεῖν τὸν ἄνδρα κοινωνὸν αὐτῇ γίνεσθαι τῶν πρὸς εὐδαιμονίαν φερόντων, εἰ δὲ ἀδυνάτως ἔχοι, μόνη σπενδέτω ἐπ' ἀρετήν, πάντα μὲν τῷ ἀνδρὶ πειθομένη ὁς μηδὲν ἀκοντος ἐκείνον πρᾶξαι ποτε πλὴν δσα εἰς ἀρετήν τε καὶ σωτηρίαν διαφέρειν νομίζεται.*

Haec duplíciter intellegi possunt. Verba enim „τῶν πρὸς εὐδαιμονίαν φερόντων“ vel viam virtutis vel Christianam fidem significant. Mulieribus igitur auctor injungit, ut vel maritos a virtute decedentes ad eam reducant, vel fide Christiana destitutos eos ad hanc convertere conentur.

Ex his omnibus patet, quantam vim Clemens mulieribus tribuerit. Familiae salutem, ut ita dicam, iis committit. Pacem enim et concordiam, quibus deficientibus felix connubium ne

1) *Φίλανδρον μετὰ σεμνότητος ὑπογράψει γυναικα Εὐδαιμόνης παραιτῶν· εὖ λέγειν δ', διατ τι λέξῃ, χρὴ δοκεῖν, καὶ μὴ λέγη, πάκπονεῖν ἀν τῷ ξυνόντι πρὸς χάριν μέλλῃ λέγειν. καὶ αὐθίς πον τούτοις τὰ δμοια·*
 *ἥδη δέ, ἣν πακόν πρᾶξῃ τι, συσκυθρωπάξειν πόσει
 ἀλοχον ἐν ποινῇ τε λύπης ἥδονῆς τ' ἔχειν μέρος.
τό τε πρᾶον καὶ φιλόστορογον ἀδέ πως ὑποδεικνύων καὶ ταῖς συμφοραῖς ἐπιφέρει·
 σοὶ δ' ἔγωγε καὶ νοσοῦντι συντροσοῦσ' ἀνέξομαι
 καὶ πακόν τῶν σῶν συνοίσω, καὶ οὐδέν ἔστι μοι πικρόν.
μετὰ γὰρ τῶν φίλων*

εὐτυχεῖν

*<δυστυχεῖν> τε χρη· τι γὰρ δὴ τὸ φίλον ἀλλο πλὴν τόδε;
 ἀγιάζεται γοῦν καὶ γάμος κατὰ λόγον τελειούμενος, ἐὰν ἡ συζυγία
 ὑποπίπτῃ τῷ θεῷ καὶ διοικήται „μετὰ ἀληθινῆς παρδίας ἐν πληροφορίᾳ
 πίστεως, ἡγρισμένων τὰς παρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς καὶ λελουμένων
 τὸ σῶμα διατι παθαρῷ καὶ ἔχόντων τὴν δμολογίαν τῆς ἐλπίδος· πιστὸς γὰρ
 δ ἐπαγγειλάμενος“.*

2) cfr. Euripidis Andromache 207.

cogitari quidem potest, earum judicio et sincera erga maritum devotione conservandas esse putat. Praeterea, ut virorum ad vitia proclivitatem leniter cohibeant moresque lascivos ad christianam disciplinam revocent, iis commendat. Viro vero abnuente tantam a mulieribus animi magnitudinem exspectat, ut vel in summis difficultatibus ipsae virtutis viam strenue ingrediantur.

Clemens igitur veram mulieris majestatem clare perspexisse eamque pulchro elogio celebrasse tuto asseverare nobis licet.

De liberorum educatione. Hac de re Clemens fuse non disserens multo profecto pauciora nobis tradidit, quam ob copiosam ejus de matrimonio disputationem promptum est exspectare. Ratione magni praesertim momenti habita, quod auctor in re familiari mulieribus adjudicat, earum saltem partes maiores fuisse jure quis exspectet. Attamen ponere licet auctorem hanc rem in illo forte scripto, nobis deperdito, quod de matrimonio deque aliis rebus ad rem familiarem pertinentibus scripsit, fusius tractavisse. Liberorum autem educationi ea applicantes, quae auctor de divini Paedagogi disciplina deque ratione qua homines moderatur, nobis tradidit: mentem ejus aliquatenus saltem adumbrare possumus.

Matrimonio juncti id potissimum agere debent, ut „probos“ liberos generent¹⁾). Hic vero finis ut revera attingatur auctor desiderat, ut liberi ex parentum vita quod imitentur capiant. Scribit enim in Str. VII c. III 16,1: Ἐνσεβὴς ἀρα δ γνωστικός, δ πρῶτον ἔαντοῦ ἐπιμελέμενος, ἔπειτα τῶν πλησίον, ἵν' ὡς ἀριστοὶ γενώμεθα· καὶ γὰρ δ νιὸς πατρὶ ἀγαθῷ χαρίζεται σπουδαῖον ἔαντὸν καὶ δμοιον τῷ πατρὶ παρεχόμενος . . .

In Paed. I c. V 16,1 educandi artem Clemens ita definit: Ἀμέλει καὶ ἡμεῖς τὰ κάλλιστα καὶ τελεώτατα τῶν ἐν τῷ βίῳ πτήματων παιδικῆς προσηγορίᾳ τιμήσαντες παιδείαν καὶ παιδαγωγίαν πεκλήκαμεν. παιδαγωγίαν δὲ δμολογοῦμεν εἶναι ἀγωγὴν ἀγαθῆν ἐκ παιδῶν πρὸς ἀρετήν. Et in c. VIII 53,3 de Christo dicit: παιδαγωγὸς οὖν εἰπότως δ λόγος τοὺς παῖδας ἡμᾶς εἰς σωτηρίαν ἀγων. ἐναργέστατα γοῦν δ λόγος περὶ ἔαντοῦ διὰ Ὡσῆς εἴρηκεν „ἐγὼ δὲ παιδευτὴς ὑμῶν εἰμι“²⁾. παιδαγωγία δὲ ἡ θεοσέβεια, μάθησις οὖσα θεοῦ θεραπείας καὶ παιδευσις εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἀγωγὴ τε δρόθη ἀνάγοντα εἰς οὐρανόν.

¹⁾ Paed. II c. X 83, 1.

²⁾ Hos. 5, 2.

Haec vero liberorum educationi applicantibus affirmare nobis licet, aeternam felicitatem principalem educationis finem ab auctore designatum esse. Si praeterea quaeritur, qualem educationem Clemens sibi effinxerit, universe statuendum esse ducimus auctorem eam severam quidem, bonitate vero mitigatam cogitasse. In Paed. I c. XII 1 enim divinum Paedagogum describens, Eum neque nimis terribilem neque bonitate prorsus enervatum esse contendit.

Severa disciplina opus esse diversis locis auctor comprobat. Ita in Paed. I c. IX 82, 1 verba Salomonis afferens, virgae non parcendum esse dicit. Sedulo tamen cavendum est, ne disciplina modum excedat. Castigatio enim non ab ulciscendi cupiditate, verum a sincero liberorum amore proficiscatur oportet¹⁾.

Ne vero putemus auctorem disciplinae verbo „ferulam“ tantummodo intellegi voluisse vel animum crudelem in liberos parentibus commendasse. Haec enim opinantes auctorem pro sua clementia, cultu atque moderatione, quae ubique nobis affulgent, injuria afficeremus. Eum profecto intimam consuetudinem parentes inter et liberos exoptasse ex Paed. I c. IX 75, 1 nobis eluet. Pro loci gravitate et haec nobis afferre liceat: πατέρι τούννυ σθένει δὲ τῆς ἀνθρωπότητος παιδαγωγός, δὲ θεῖος ἡμῶν λόγος, πάσῃ παταχῷμενος σοφίας μηχανῆ, σώζειν ἐπιβέβληται τοὺς νηπίους, νουθετῶν, ἐπιτιμῶν, ἐπιπλήττων, ἐλέγχων, ἀπειλούμενος, λώμενος, ἐπαγγελλόμενος, χαριζόμενος, „πολλοῖς τισιν οἰονεῖ χαλινοῖς“ τὰς ἀλόγους τῆς ἀνθρωπότητος „δεσμεύων“ δομάς. συνελόντι γοῦν εἰπεῖν, οὗτος δὲ κύριος πρὸς ἡμᾶς, ὃς καὶ ἡμεῖς πρὸς τὰ τέκνα ἡμῶν. „τέκνα σοὶ ἔστιν; παίδευσον αὐτάδε“, ἡ σοφία παραινεῖ, „καὶ πάμφον αὐτὰ ἐκ νεότητος αὐτῶν. Θυγατέρες σοὶ εἰσι; πρόσεχε τῷ σώματι αὐτῶν, καὶ μὴ Ἰλαρδόσῃς πρὸς αὐτὰς τὸ πρόσωπόν σου.“ καίτοι τὰ τέκνα ἡμῶν, νίούς τε καὶ θυγατέρας, σφόδρα καὶ ὑπὲρ πᾶν διοῦν ἀγαπῶμεν. ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν πρὸς ζάριν διιλοῦντες διλίγοντας ἀγαπῶσιν δὲ μὴ λυποῦσιν, οἱ δὲ πρὸς

1) Clare nobis auctor hanc sententiam in Paed. I c. VIII 64, 3 explanat scribens: πῶς οὖν, φασίν, εἰ φιλάνθρωπός ἔστι καὶ ἀγαθὸς ὁ κύριος, δργίζεται καὶ πολάζει; ἀναγναῖον οὖν καὶ περὶ τούτου ὡς οἶόν τε διὰ βραχυτάτων ἐπεξελθεῖν ἐπεὶ λυσιτελῆς πως ἡ τοιάδε οἰκονομία πρὸς τὴν δρθῆν τῶν παιδῶν ἀγωγήν, ἀναγναῖον βοηθήματος ἔχοντα τάξιν: dein de vituperatione deque severitate aliquatenus exspatiatus ita pergit (65, 2) ἡ νονθέτησις οὖν οἰονεῖ διαιτά ἔστι νοσούσης ψυχῆς, διν καὶ μεταλαμβάνειν συμβουλευτικῇ καὶ διν οὐ καὶ ἀπαγορευτικῇ τὰ δὲ πάντα εἰς σωτηρίαν καὶ ἀδιον ὑγειαν διατείνει.

ῳ φέλειαν ἐπιστύφοντες, εἰ καὶ παρανίκα λυπηροί, ἀλλὰ εἰς τὸν ἔπειτα εὐεργετοῦσιν αἰῶνα, οὐ τὴν παρανίκα ἡδονὴν δὲ κύριος, ἀλλὰ τὴν μέλλονσαν ἐσκόπησε τρυφῆν.

Solis verbis „τέκνα σοὶ ἔστιν; . . . πρόσωπόν σου“ ex libro Ecclesiastici allatis, Clemens inter puerorum et puellarum educationem distinguit¹⁾.

Ceteroquin castigatio non unum educandi medium dicendum est. Institutionem quoque hominem a malo arcere in Paed I 38 jam vidimus.

Minae et adhortationes utiliter quoque adhiberi possunt. cfr. Paed. I 68 ubi variarum exhortationum definitiones nobis tradit.

Educatio demum contra acerbam vitae pugnam et pericula, ex rebus humanis morum integritati impendentia, hominem obdurescat oportet. Paed. I c. VII 34, 3.

Quod vero ad corporis educationem attinet, cfr. Paed. III c. X 49, 1 ubi gymnasium pueris commendat et XI 73, 3 ubi strenui juvenis imaginem nobis depinxit.

Neque adolescentes vino uti auctori placet. Cum enim minimo igne accendantur, vino incalescente facili negotio ad effusas in omni intemperantia libidines deflectunt²⁾.

Neque pueri puellaeve conviviis intersint, quod verborum obscoenitas actuumque turpitudo eos facile pervertant³⁾.

¹⁾ Liber Ecclesiasticus (Sirach) 7, 23. τέκνα σοὶ ἔστιν; παιδευσον αὐτὰ, καὶ κάμψον ἐν νεύτητος τὸν τράχηλον αὐτῶν. 24. Θυγατέρες σοὶ εἰσι; πρόσεχε τῷ σώματι αὐτῶν καὶ μὴ ἰλαρώσῃς πρὸς αὐτὰς τὸ πρόσωπόν σου.

In ultimum versum Knabenbauer (Commentarium in Ecclesiasticum, auctore Josepho Knabenbauer S. J.) p. 110 adnotat: „Dein praecipitur de filiabus v. 26: filiae tibi sunt? serva corpus eorum, ut castum purumque permaneat; quare eas removere et coercere ab omni periculo, a commercio lubrico, a libera circumvagatione. Et quia sexus ille junior satis ad levitatem et lasciviam est pronus, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas; si opus est, vultu severiore earum levitatem et petulantiam cohipe; minime erga illas utere nimia benevolentia, ne ex tali frequenti significatione fiduciam capiant et audaciam peccandi. Qua monitione simul indicatur, patres blanditiis magnum afferre iis damnum et periculum.“ Haec Knabenbauer hactenus. Ut Clemens verba allata intellegit ipse non dicit. Interpretatio vero, quam modo attulimus, doctrinae ejus optime sane consentit.

²⁾ Paed. III c. III 21.

³⁾ Paed. II c. VIII 53, 3. Hic locus et ea quae auctor in eodem libro c. I et II de modo edendi et bibendi disputat, magnam nobis de Alexandrinorum moribus aestimationem non ingerit.

Notatu fortasse *dignum* est, auctorem aridum pueris victimum commendasse, quod corporum incremento faveret¹⁾.

A liberis oboedientiam et piam erga parentes reverentiam, non vero servilem timorem postulabat²⁾.

De expositione infantium. Ut certam alicujus temporis infantium expositionem probe aestimemus, non solum expositionum crebritatem, sed etiam exponentium statum socialem, utrum scilicet matrimonio juncti an coelibes, divites an pauperes sint, diligenter investigemus oportet. Istaen enim rerum condiciones in hujus mali aestimatione multum valent, ad ejusque immanitatem vel augendam vel diminuendam pertinent. Cum vero Clemens inter haec non distinguit, quamquam uno altero loco matrimonio junctos commemorat, parum ad rem judicandam nobis affert. Unum vero, expositionem nempe infantium Alexandriae non solos pauperes invasisse, sed saepe ex laboris potius fuga quam ex rerum inopia originem suam duxisse, ex auctore concludere possumus. In Paed. II enim (c. IV 27, 2 usque ad finem capituli) quarundam seminarum mores dissolutos vehementer insectans inter alia facinora et haec iis objicit, quod, propriis infantibus expositis, aves alunt. Tota vero descriptio, in hoc capite nobis exhibita, vitam potius urbanam quam humilem spectare videtur.

Expositio ab auctore prorsus damnatur. In Str. II c. XVIII 92 legis Mosaicae exemplo allato, quae nempe mansuetudinem erga bestias quoque suadet, ita pergit (3): „δυσωπείσθωσαν οὖν Ἑλληνες καὶ εἰ τις ἔτερός ἐστι τοῦ νόμου κατατρέχων, εἰ δὲ μὲν καὶ ἐπ’ ἀλόγων ζῷων κρητεύεται, οὐ δὲ καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκπιθέασιν ἔχοντα, καίτοι μακρόθεν καὶ προφητικῶς ἀνακόπτοντος αὐτῶν τὴν ἀγριότητα τοῦ νόμου διὰ τῆς προειδημένης ἐντολῆς. Et in 93 a matrimonio potius abstinentium quam infans exponendum esse contendit.

Denique ex Paed. III c. III 21, 5 liquet, infantium expositionem Alexandriae Clementis temporibus satis crebram fuisse.

Clementis igitur de matrimonio doctrina exposita viri docti Tollinton dicti cuiusdam mentionem facere nobis liceat. Clementis nempe disceptationem illo vitio laborare contendit, quod sociales et politicas matrimonii rationes tam obiter perstrinxit. Causas

1) Paed. II c. I 17, 3.

2) Paed. III c. XII 95 et Paed. I c. IX 87.

vero excusantes, imprimis reipublicae adversus Christianos ini-micitias auctor ipse agnoscit. His profecto addere nobis licet, auctorem non id sibi proposuisse, ut accurate exstructam matrimonii disciplinam Christianis suis componeret, sed ut librum, quem quasi ducem in re morali Christiani sequerentur, iis traderet. Clementis vero dicta, quamvis hoc vitio contaminata, non tamen omni momento vacua dicenda sunt. Quod ut magis illustremus, summas disceptationis ejus res cum Antiquorum doctrina comparemus oportet.

Ut apud Clementem ita quoque apud Veteres matrimonii finis liberorum generatio primo loco collocatur¹⁾.

Stimuli quoque, ad matrimonium contrahendum incitantes, partim iidem nobis occurunt, partim vero propter opiniones ejus Christianas omittuntur. Novi praeterea stimuli, et quidem primum locum obtinentes, accedunt. Quid auctor de educatione senserit supra (p. 81 sqq.) jam vidimus. Hanc vero denuo definiens in Paed. I c. VII 53, 3 scribit: *παιδαγωγία δὲ ή θεοσέβεια, μάθησις οὖσα θεοῦ θεραπείας καὶ παιδευσις εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἀγωγή τε δρθή ἀνάγονσα εἰς οὐρανόν.* Cum praeterea reputemus Clementem hominem ad id natum esse duxisse, ut Deum colendo beatitudine coelesti potiatur, stimulum matrimonii principalem apud nostrum naturae modum excedere ex his omnibus tuto concludimus. Hic igitur jure quis quaerat, Veterum stimuli, quatenus auctor eos agnoscit, nonne secundas tantum partes apud nostrum obtineant. Quod auctor eos obiter modo perstrinxit verborumque contextus huic rei optime conveniunt. Unum tamen stimulum excipiamus oportet. Clemens enim identidem quoque mulierem viri „auxiliatricem“ appellat. Hoc vero se tum ex Sacra Scriptura tum ex Antiquorum scriptis desumpsisse auctor ipse una alterave vice testatur.

Ex hac igitur stimulorum comparatione praecipua Veteres inter et Clementem discrepantia emanare mihi videtur, quod illi societatis imprimis utilitatem, noster vero cujusque potius hominis commodum spectavit.

Novum stimulum, principali optime consentientem, in Paed. II c. X 95, 2 affert scribens: *ἀλλ' ἐγκεκρισθω δὴ δ γάμος καὶ ἐγκατατετάχθω· „πληθυνεσθαι“ γὰρ δ κύριος βούλεται τὴν ἀνθρωπότητα . . .*

¹⁾ cfr. Leop. Schmidt II c. IV.

Veterum vero rationes apud nostrum multum evanuisse ex hoc quoque patet: Antiqui, natorum generationem magnam felicitatem habentes, pro stimulorum sane indole marem progeniem imprimis spectabant¹⁾. Nostrum vero de filiis praesertim cogitasse omnino non liquet.

Universe antiqui auctores partes dignitate morumque similitudine conjungendas esse censem²⁾. Frequentius etiam monent, ne partes pecuniae cupiditate allactae, matrimonium ineant neve ad unam corporis pulchritudinem omnia referant³⁾. Haec omnia apud nostrum recurrunt. Praeterea auctor identidem et enixe conjugibus instat, ut ad mutuum amorem et benevolentiam sedulo incumbant.

Praecipue autem Clemens et scriptores antiqui⁴⁾ in varias partes discedunt cum a) de illegitimo concubitu quaeritur,

1) cfr. Leop. Schmidt I. c. II c. IV, p. 133 sq.

2) cfr. Theognis 183—192. * Eurip. fragm. 214. Stob. 3, 79; 70, 15. Callin. epigr. 1. Aesch. Prometheus 887—906. * Eurip. fragm. 213, 503, 504; Eurip. Andromache 1279—1282; a Schmidt allati II, p. 166 et 167.

3) Stobaeus 72, 1—11; Eurip. Androm. 207; * Antiope fragm. 211. Antipater (Stob. 67, 25. 70, 13). Plutarchus (M. 138 sq. 141 c). Hierocles (Stob. 67, 24) apud Schmidt I. c. II, p. 167.

4) Stoicis exceptis. Clementem pro re morali Musonium simpliciter exscripsisse, Wendland (*Quaestiones Musonianae*) magna argumentorum vi demonstrare conatur. Quid vero hac de re dicendum est, Musonium de matrimonii usu et fine, de mulieris et viri consuetudine, de paederastia, deque aliis hujusmodi eadem fere tradidisse legenti illico patet. In magna tamen hac opinionum consuetudine ad quaedam discrimina lectoris animum advertere mihi liceat.

Et primo quidem in auctore nostro sollicita illa cura elucet, qua Ecclesia Christianos suos admonet, ut sensus suos, praesertim oculos, sedulo custodiant et vel minimum libidinis periculum devitent (Paed. III c. XI 83). In Str. III Clemens inter christianam et philosophicam continentiam id interesse dicit, quod haec ne prava desideria opere conficiantur nitatur, illa vero ne prava desideria animo occurrant, operam navet. Dein auctor vere christianam illam sententiam adjungit: Haec autem continentia non nisi Deo adjuvante comparari potest (c. VII 57). In Paed. III c. V 33 continentiae stimulum Dei omnipresentiam allegat. Huc vero addentes, quod Clemens coelibatum strenue propugnat et matrimonium prorsus indissolubile habet, eum fidei Christianae locum non inferiorem concessisse tuto affirmare possumus. Hoc vero eo magis urget, quod ea, quae Clemens tam naviter exscripsit, magnam partem fidei Christianae saltem non repugnant. Breviter quoque perstringere operae fortasse pretium est, auctorem praecipuis philosophorum scholis objecisse, quod continentiam **verbis** quidem celebrantes, re vera libidinibus indulgerent (Str. II c. XXIII 138, 6).

vel b) consuetudo illa, quae mulieri cum viro intercedat, agitatur.

Quod ad primum attinet, auctor non tantum paederastiam gravissimis verbis damnat eamque adulterio scelestiorem dicit, sed de ipso quoque adulterio severiorem et graviorem opinionem habet.

Veteres enim, ut ait Schmidt II, p. 192, flagitium hoc condemnantes, praecipue commercium viri alieni cum muliere nupta cogitabant. In viro autem hospitii violationem imprimis spectabant¹⁾. Hujus rei rationem Schmidt affert scribens (p. 194): „Wenn die Untrüe des Mannes gegen die Ehefrau nicht einer gleich scharfen allgemeinen Verurteilung begegnete, so wirkte darauf wohl ein, daß man in ihr nicht ebenso unmittelbar einen Frevel gegen die Götter erkannte, sondern sie nur unter dem Gesichtspunkt eines schweren Unrechts gegenüber der angetrauten Gattin faßte, jedoch waren alle nicht ganz leichtfertigen Geister weit entfernt, darin etwas Geringfügiges zu erblicken.“ Dein auctor varia exempla affert ex quibus patet, mulieres Graecas illegitimo virorum cum aliis feminis commercio magnam injuriam sibi fieri putavisse (p. 195). Graves quoque auctores identidem maritos monent, ne eas quibuscum vitae societatem inierunt, infidelitate graviter laedant²⁾.

In ultimum locum (scl. Platonis Leges 8, 839 a) Schmidt adnotat: „Aber wie seine Ausführung deutlich genug durchblicken läßt, daß die Praxis seiner Zeitgenossen hinter seinem Ideale weit zurückstand, so gestatten auch eine Erzählung in der Rede gegen Neära (21, 22) und die Klage der Syra in Plautus' Mercator (807), einem Stücke, das hierin augenscheinlich die attische Sitte wiedergibt, keinen Zweifel daran, daß Umgang verheirateter Männer mit Hetären nichts ganz Seltenes war und von seiten der öffentlichen Meinung nicht besonders streng beurteilt wurde.“

Quod ad secundum attinet, Antiqui quoque scriptores perfecti matrimonii imaginem nobis adumbrarunt et venustatem concordis vitae societatis intime senserunt. Ita v. gr. Odysseus Nausicaam alloquens dicit (Od. 6. 180 sqq.):

1) cfr. exempla allata a Schmidt, p. 192 et 193.

2) cfr. Isocrates Nicocles 40; Aristoteles Oeconomicus 1344 a, 12; Aristoteles Politica VII, 1335 b, 38 sqq.; * Jamblichus de Pyth. v. 132; Plato Leges 8, 839 a et * 814 a, quos locos Schmidt II, p. 195 et 196 allegat.

σοι δὲ θεοῖς τόσα δοῖεν, δσα φρεσὶ σῆσι μενοινᾶς,
ἄνδρα τε καὶ οἰκον, καὶ ὀμοφροσύνην ὀπάσειαν
ἔσθλην· οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρετον,
η̄ δθ ὀμοφρονέοντε νοήμασιν οἰκον ἔχητον
ἀνὴρ ηδὲ γυνὴ. (editio Dindorf, Teubner).

In scripto suo, quod „*ἔργα καὶ ἡμέραι*“ inscribitur, Hesiodus affirmat (702) nihil prompta muliere melius, nihil mala deterius viro obvenire posse. Eandem sententiam Simonides Amorgi (fragm. 6), Sophocles (fragm. 617), Eurip. (Or. 602, fragm. 467) nobis exhibent. Pulcherrime quoque in Xenophontis Oeconomico Ischomachus, mulieris officiis demonstratis, hanc conjugum unionem depingit.

Mulieris quoque dignitati Antiqui multis modis consulebant. Nuptiis enim cum inter gentiles tum inter contribules solemniter celebratis, decenti dote, sacris nuptialibus aliisque hujusmodi Athenienses praesertim operam navabant, ut liberae feminae honestatem clare illustrarent. Feminae enim dignitas in jure civitatis praecipue consistebat¹⁾.

Partium denique familiaritatem, qua se invicem ad virtutem instituant, auctores identidem commemorant²⁾. In hac vero re, quamquam mulieris momentum non suppressunt, viri tamen vim majorem praedicant.

Haec quae praecedunt apud nostrum quoque, quamvis aliquatenus immutata, occurrunt. Antiqui enim, feminae honestatem magni aestimantes, praecipue liberae feminae dignitatem praedicabant. Civitatis enim commodo studentes sedulo caverbant, ne mulieres aliquid Graecae indolis alienum in familias introducerent. Hic vero stimulus cum in Clementis disputationibus desit, adjumenta quoque illa, dotem dico, jus civitatis aliaque hujusmodi, quibus feminam ornare atque illustrare conabantur, ab auctore omittuntur. Unde Clemens altiores magisque intimos stimulos ad mariti aestimationem sui provocans, uxoris reverentiam pluris facere eum docet. Nam virum mulieris judicio foris caste vivere non posse contendit, nisi apud eam verecundum se praebeat. Haec vero appellatio, ipsi mulieris ut hominis dignitati et familiaritati illi, qua conjuges inter se uti par est, inhaerens, in his Sancti Pauli verbis, a Clemente quoque allatis, ad summum pervenit (Paed. III c. XII 94, 5 . . . *οἱ δὲ ἀνδρες τὰς*

1) cfr. Schmidt II, p. 169 sqq.

2) cfr. Schmidt II, p. 191.

*γυναικας τὰς ἑαυτῶν ἀγαπάτωσαν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἡγάπησεν τὴν ἐκκλήσιαν*¹⁾.

Denique auctor hoc quoque mulieris dignitatem antiquis scriptoribus fortius tuetur, quod maritorum cum pellicibus consuetudinem non tantum matrimonio longe inferiorem dicit, sed etiam absolute et simpliciter ut magnum crimen rejicit.

De opera tandem salutari, qua conjuges ultiro citroque mores suos corrigere par est, auctorem mulieri hac in re primas partes dedisse videri breviter tantum notare sufficit.

Maxime vero Clemens et auctores antiqui in varias partes discedunt, ubi de divortio res agitur. Magna enim vis, quam Antiqui liberorum generationi tribuebant, saepe ejusmodi erat, ut matrimonia liberis orbata dissolverentur²⁾. Immo perraro concedunt, ut mariti liberorum generandorum causa alterum matrimonium, primo non dissoluto ineant (cfr. Herod. V 39, 40). Et Athenis per aliquod tempus lex vigebat, quae ob eandem causam viris hanc potestatem faciebat (Diog. Laert. 2, 26; Athen. 13, 556 a). Sed nihilominus, ait Schmidt, humanorum virorum animus hac lege semper refugiebat. „Dagegen hatte die Lösung einer kinderlosen Ehe nichts dem allgemeinen Gefühle Widerstreitendes“ (p. 200). Et p. 201 idem auctor pergit: „Übrigens war Ehescheidung auch ohne den Anlaß der Kinderlosigkeit in Athen etwas Leichtes.“

Clemens vero matrimonium omnino indissolubile habet. Ex Christi enim sententia divortium ob unum tantum adulterium conceditur. Neque digressio haec verum divortium dicendum est. Cum enim Clemens conjuges separatos, dum altera pars vivit, novum matrimonium inire posse neget, ex ejus opinione matrimonii pactionem vere non dissolvi exinde satis demonstrat. Auctor igitur parti innocentis societatem renuntiandi jus fecisse potius dicendus est. Et tum quoque vehementer urget, ut partes inter se concilientur et denuo in eadem domo habitare incipient. In hac igitur re Antiquorum opinionem in Christianam rationem emendat. Hanc ejus sententiam ad christianam fidem pertinere eo tutius ponimus, quod nostris quoque temporibus eos coetus divortium magis temere accipientes videmus, qui ab hac religione longius absunt.

¹⁾ cfr. ad Ephes. 5, 22 et 25.

²⁾ praecipue Spartae. cfr. Schmidt II, p. 198—200.

§ 3. De servitute.

In exquirendis causis, quae tempore procedente perfecerunt, ut servitus aboliretur, tres praesertim opiniones distingui possunt. Quidam enim, ut Ciccotti et Ed. Meyer, eam merum rei oeconomiae progressum existimant. Postquam nempe opera atque artificia adeo creverunt, ut res oeconomica servitutem vel impedimentum, nedum praesidium cognoverit, servitus ultro evanuit et clientelae vel labori mercenario cessit. Illi igitur scriptores altiores rationes vel omnino vel magna saltem ex parte non tractant. Haec vero non eo spectat oratio, ut rationes illas omnino negent, verum cum parum virium iis tribuant, quaestionem sola oeconomia terminandam esse censem.

Alii contra, ut Allard, humanitate et justitia in primo loco collocatis, Ecclesiae maxime laudes praedicant ejusque operae, homines ad cultiorem vitae usum traducenti, servitutis abolitionem imprimis attribuunt.

Denique vir clarissimus Schrijnen, mediocritatem optimam ratus, has duas sententias inter se conciliare conatur. Ecclesiam enim servitutem non dissolvisse verum eam accepisse affirmat, neque auctor hanc quaestionem magna ex parte oeconomicam esse negat¹⁾. Hisce vero praenotatis rerum oeconomicarum progressum christiana doctrina magnopere sustineri contendit. Doctrina enim illa, in servos observantiam laborisque aestimationem dominis commendans, sponte sua et quasi tacito quodam sensu effecit, ut oeconomicae illae immutationes libentius exciperentur.

Hanc vero brevem quaestionis expositionem praemittendam esse duximus, ut nostrum considerandi modum accuratius praefiniamus. Pro hac enim quaestionis parte lectorem ad laudatos auctores rejicientes, Clementis enuntiationes cum Stoicorum doctrina comparantes, tractare statuimus.

Servitus profecto illis quaestionibus adnumeranda est, in quarum mentionem Clemens obiter tantum et, ut ita dicam, sensim inciderit. Et quidem eadem ratione qua S. Paulus Apostolus rem considerat. In servitutis nempe facto acquiescens intimam omnium hominum nascentium libertatem magnopere praedicat²⁾. Ita fit ut auctor ad res divinas servo eadem ac libero jura decernat eumque strenue adhortetur, ut sacro-

¹⁾ Uit het leven der oude Kerk, p. 296.

²⁾ cfr. Str. V c. V 30. Str. IV (initio) et c. VII 59. Str. II c. XVI 73.

rum libertatem nullo pretio, ne vitae quidem discrimine dimittat¹⁾.

Neque generis antiquitate florentes vera semper animi magnitudine excellunt. Saepe enim servi indole vitaeque probitate dominis suis longe praestant. Veram namque ingenuitatem voluntate non fortuna metiri oportet²⁾.

De liberorum servorumque consuetudine eadem quoque quae Sus Paulus docet. Cum enim Christi Sanguine a peccati servitute omnes redempti simus, huic servorum dignitati domini sedulo consulant oportet³⁾. Unde sibi pares eos habeant neque beluarum modo iis utantur⁴⁾.

Servi, contra, omnem contumaciam exuentes libentissimo animo dominis suis serviant⁵⁾.

Ex hac brevi enumeratione satis elucet, Clementem servitutis quaestionem obiter tantum attigisse. Scriptores enim antiqui, ut Prof. Schrijnen rite illustrat, liberae et servilis conditionis optionem non habebant. Societas namque et servitus tam intime coaluerant, ut de hujus abolitione hoc saltem tempore ne cogitari quidem posset. Magnopere vero refert, Clementem jura quaedam communia, puta conscientiae libertatem, servis repetivisse, quae nulla vi vel lege humana abalienari possunt.

His vero Clementis sententiis Stoicorum effata opponere difficile non est, quae eandem prorsus doctrinam nobis exhibent. Stoici enim, pantheismum profitentes, hominis animam primi principii scintillam seu divinitatis manifestationem existimabant. Ex diverso igitur dogmate proficiscentes ad eandem omnium hominum naturalem aequabilitatem ac religio Christiana perveniebant.

Ita v. gr. Seneca⁶⁾ scribit: „Quid aliud voces hunc (scl. animum) quam deum in corpore humano habitantem? Hic animus tam in equitem Romanum, quam in libertum, quam in servum potest cadere.“ Et Arrianus⁷⁾ Epicteten quaerentem facit: „οὐκ οἰδας ὅτι θέου τρέφεις, θέου γυμνάζεις; θεὸν περιφέρεις, τάλας, καὶ ἀγνοεῖς.“ Et I 14, 16: „Ἄλλ' αἱ ψυχαὶ μὲν οὗτως εἰσὶν ἐνδεδεμέναι καὶ συναφεῖς τῷ θεῷ, ἀτε αὐτοῦ μόρια

¹⁾ cfr. Str. IV c. XIX 123—124.

²⁾ Paed. III c. VI 34, 1—2 et c. XI 58, 3.

³⁾ Paed. I c. V 3.

⁴⁾ Paed. III c. XII 92, 4 et c. XI 74, 1.

⁵⁾ Paed. III c. XII 95, 1.

⁶⁾ cfr. Ep. IV 2 § 10.

⁷⁾ Epist. diss. II 8, 12.

*εἰναι καὶ ἀποσπάσματα. οὐ παντὸς δὲ αὐτῶν πινήματος, ἀτε
οἰκετον καὶ συμφυοῦς δὲ θεὸς αἰσθάνεται.*

De lenitate erga servos idem Seneca in ep. V 6, 1 (47) scribit: „*Servi sunt? immo homines. Servi sunt? immo contubernales. Servi sunt? immo humiles animi. Servi sunt? immo conservi, si cogitaveris tantumdem in utrosque licere fortunae*“¹⁾.

Ne vero magna hac opinionum similitudine seducti Clementem doctrinam suam a Stoicorum potissimum placitis mutuatum esse putemus. Praeterquam enim Pauli Apostoli doctrina evidenter innititur eumque aliquoties affert, Stoicorum pantheismi dogmate expressis verbis rejecto, opinionis suae initium ex doctrina christiana ducit. Hanc quoque doctrinam imprimis dominos perducturam esse putat, ut servos suos benigne et humane tractent²⁾.

Auctoris verba, modo allata ad aliam viri docti Vollmann opinionem examinandam nobis ansam praebent. Putat enim Vollmann primis nostri aevi saeculis Ecclesiam ad hominum de servis opinionem mitigandam nihil vel parum attulisse, Stoicorum vero doctrinae hac in re praecipuas partes fuisse.

Dein auctor ostendere conatur, quam altas radices Stoicorum doctrina egerit. Hujus vero argumentationis summa eo reddit, ut philosophos quosdam testificantes faciat, quam magni philosophia aestimanda sit, quam multum temporibus Caesarianis valeret, quam longe lateque diffusa esset. Deinde auctor in ejusdem capititis (II) fine ita pergit: „So sehr nun auch die Philosophie in die gebildeten Kreise Roms eingedrungen war, so wenig kümmerte sich der große Haufe des niedrigen Volkes um derartige Strebungen, welche ihm für eitel und unnütz galten. Diese Erscheinung ist aber für unsere Frage bedeutungslos. Denn uns kommt es durchaus nicht auf die Denkweise des Pöbels, sondern darauf an, ob die Römer, welche besseren Standes, materiell gut situiert und im Besitze einer großen Sklavenfamilie waren, die Philosophie als ihre Lehrmeisterin anerkannten, um zur Achtung der Menschenrechte der Sklaven veranlaßt zu werden.“

¹⁾ cfr. Fr. Vollmann, Über das Verhältnis der späteren Stoa zur Sklaverei im römischen Reiche. Diss. Erlangen 1890, p. 7—22, qui multos locos affert.

²⁾ Protrept. 108.

Ut vero haec rite aestimemus ea meminisse oportet, quae auctor p. 24 scribit dicens: „Daß es freilich unter den Hörern der Philosophie auch solche gab, welche, um der herrschenden Sitte Genüge zu leisten, nur oberflächlich oder zum Scheine Philosophie trieben, wer möchte es nicht begreiflich finden?“ Hic vero jure quis quaerat, nonne vulgo hoc philosophiae studium consuetudine magis receptum quam ex intimo sapientiae amore originem suam duxisse dicendum sit. Cultus enim effusior, generis nobilitas, divitiae homines magnopere movere non solent, ut omni cogitatione curaque in tam arduum philosophiae studium incumbant. Plutarchi testimonium, ab auctore allatum, hoc saltem innuere videtur. Hisce vero perpensis considerandum quoque est, quatenus mera doctrina ad vitae usum perducat. Testante enim Ovidio¹⁾ Antiqui re jam compertum habebant, quam facile sui amor doctrinae rationes everteret.

Deinde, c. III de jurisdictione disserens, quam multum primis nostri aevi saeculis jurisperiti apud imperatores auctoritate valuerint et quam magnae eorum in jure dicundo partes fuerint, auctor fusius exponit. Cum vero antiquorum leges illis praesertim temporibus servorum gratia, et quidem more et instituto valde immutatae sint, Stoicorum doctrinam hac quoque in re multum valuisse auctor concludit. Hujus vero argumenti vim ipse Vollmann magna ex parte irritam facit scribens (p. 49): „Trotz dieser Gesetze aber hatten die Herren noch so viele Gelegenheiten, ihre Sklaven schlecht und rücksichtslos zu behandeln, war noch so viel der freien Willkür derselben anheimgestellt, daß Jhering (Geist des röm. Rechtes, Leipzig 1854, 2. Teil, S. 179) neben der Gestaltung der Gesetzgebung als beachtenswerter Gesichtspunkt den Zuschnitt und Charakter erklärt, den das Institut der Sklaverei zu verschiedenen Zeiten in der Praxis des Lebens trug.“

Et revera experientia notissimum est, quam parum leges ad humanam cupiditatem coerceendam valeant. Ut quaedam per vulgata proferamus: leges agrariae Romanorum tam saepe renovatae quam parum rusticis, ad paupertatem redactis, profuerunt! Neque invalidum legum illarum auxilium praetermittendum esse duco, quas Augustus instituit, ut suorum temporum mores depravatos et fidem conjugii collapsam instauraret²⁾.

1) Metam. 720/1.

2) cfr. H. v. Gelder, *Algemeene Geschiedenis*, II, p. 456.

Constans enim societatis emendatio non una vi externa sed emendata animarum affectione obtineatur oportet.

Caveamus igitur, ne Stoicorum doctrinae nimiam vim tribuamus. Quamquam enim multa praecolla continet dogmata et antiquorum humanissimum quemque vehementer allexit, ex altera parte infitias iri nequit eam doctrinae Christianae multis rebus concessisse. Non enim adeo in hominum multitudinem permanavit neque intimos hominum sensus tam alte penetravit. Fides enim Christiana remunerationis doctrina praecepta sua adeo confirmat, ut nulla disciplina prorsus humana hac in re cum ea comparari possit. Ipse Vollmann quoque hoc intellexisse videtur in prooemio suo scribens: „Die Wirkungen des Christentums äußerten sich mehr im Privatleben als in der Gesetzgebung, aber auch insofern ist das Verdienst der christlichen Lehre ein bedeutendes.“

Qua vero ratione ductus auctor tamen omnem doctrinae Christianae vim abjudicat, in fine II cap. nobis declarat scribens: „Da also im ersten und zweiten Jahrhundert v. Chr. die Anhänger des Christentums hauptsächlich in den niederen Kreisen des Volkes, zum großen Teile unter den Sklaven selbst zu suchen waren, so sind wohlzuende Einflüsse auf die Milderung der Sklaverei, welche zweifellos von den höheren Schichten der Gesellschaft ausgehen mußten, auf eine andere Ursache zurückzuführen. Die hellenische Philosophie, voran die Stoa, hatte dieses schwere Stück Arbeit unternommen.“

His igitur verbis auctor rem talem proponit, quasi primis Ecclesiae saeculis fides Christiana assetatores ex infima plebe, praesertim ex servis adeo comparaverit, ut nobilium numerus nullius momenti fuerit. Illustrum Christianorum numerum simpliciter considerantes hoc verum esse confiteamur oportet. Populares enim et servi nobiles multum numero praecedebant. Num vero, collatione facta, hoc quoque, secundo praesertim saeculo, verum dicendum est? Quidquid huic quaestioni respondentum quis putet, Clementis saltem temporibus Alexandriae ecclesia excipienda videtur. Stromateon enim libri majorem animi ingenique cultum a lectoribus exigunt, quam populares servique vulgo sibi comparare possunt. Neque „Exhortationis“ et „Paedagogi“ libri, qui vel paganos ad lucem veritatis adducere vel omnem fidelium multitudinem praeceptis Christianis imbuere conantur, infimam tantum plebem spectare videntur.

Tam crebro enim auctor Christianos suos admonet, ne luxuriae se tradant, ne manuum laborem dedecus habeant, ne nimia servorum multitudine se muniant, ut saepe summos potius ordines alloqui videatur. Alexandriae igitur fides Christiana vim suam mitigantem in dominos quoque exercuit. Clementi vero propositum fuisse, ut servorum condicionem Christiana mansuetudine revera mitigaret, ex doctrina sua supra relata satis elucet¹⁾.

De servorum numero Paed. III c. IV (initio) quaedam nobis tradit. Locus enim allatus nos docet quosdam magnum eorum numerum sibi acquisivisse. Quod Clemens, utpote luxum non necessarium, severe damnat²⁾.

Servos saepe magna morum pericula dominis suis attulisse ex Paed. III c. V 32 patet³⁾.

Vehementer quoque mangones impugnat, qui, quaestus studio vel aliis stimulis inhumanis adducti, puerulos se exornare cogunt, ut pluris veneant!

In Str. II c. XVIII-91 cum assensu mansueta legis Mosaicae praecepta, imprimis vero illud allegat, quod nexos octavo quoque anno manumittendos esse praescribit.

Facile servos libertatem acquisivisse ex Protr. c. II 35 fortasse cognoscimus: . . . δούλειον ὀπεισῆλθεν ζυγὸν Ἀπόλλων Ἀδμήτῳ ἐν Φεραῖς, . . . καθάπερ ἀχρεῖος οἰκέτης, μηδὲ ἐλευθερίας δῆπονθεν δυνηθεὶς τυχεῖν παρὰ τὸ προτέρου δεσπότου⁴⁾.

Clementis igitur effata una comprehensione complectentes, eum id egisse tuto ponimus, ut, dominis servisque doctrina Christiana imbutis, mutuam eorum consuetudinem meliorem faceret atque primaria naturae humanae jura servis vindicaret. Hac vero agendi ratione ad hominum sententias de servitute commutandas, saltem inter Christianos, multum profecto contulit.

¹⁾ p. 90 et 91. ²⁾ cfr. quoque: Paed. III c. VII 38, 3 et Str. IV 27.

³⁾ αἱ δὲ μὴ εἰς τοσοῦτον ἀπερυθριῶσαι τὸν μὲν δθνεῖον ἀποκλεῖονοιν, ἵδοις δὲ οἰκέταις συλλογοιαι παὶ δούλοις ἀποδόνται γυμναὶ παὶ ἀνατριβοται ἥπ' αὐτῶν, ἔξονταν δοῦσαι τῷ κατεπτηγότι τῆς ἐπιθυμίας τὸ ἀδεὲς τῆς ψηλαφίσεως· οἱ γάρ παρεισαγμένοι παρὰ τὰ λοιπὰ ταῖς δεσποίναις γυμναῖς μελέτην ἵσχουσιν ἀποδόσασθαι πρὸς τόλμαν ἐπιθυμίας ἔθει πονηρῷ περιγράφοντες τὸν φύσον.

⁴⁾ In Paed. II c. X 115, 4 sumptuosum vestitum impugnans, Clemens de servorum pretio quaedam, quamvis non directe, nobis affert scribens: νννὶ δὲ πᾶν τούτων, τὸ μὲν σῶμα αὐταῖς εἰ πιπάσποιτο, οὐν ἀν ποτε χιλίας εὑροι Ἀττικάς, μίαν δέ πον ἐσθῆτα μνησίων ταλάντων ὄνομεναι σφᾶς αὐτᾶς ἀχρειοτέρας παὶ ἀτιμοτέρας τῶν ὑφασμάτων ἐλέγχουσιν.

Caput III.

De sententiis politicis.

S 1. De republica.

De potestate publica quid Clemens senserit et quatenus Christianos fori publici participes esse voluerit disserentes, illis Apostoli Pauli verbis rite exordimur, quibus Romanos, ut legitimo imperio magna cum reverentia sese subjiciant, exhortatur scribens¹⁾: „Non est potestas nisi a Deo.“ Haec autem verba theologi ita interpretantur, ut non directe Deum intervenire censeant, sed publicam auctoritatem, si veram rei rationem exigis, ex Dei voluntate tandem oriri putent. Ex hac vero magistratum juris potestate conficitur, ut cives officium suum iis praestare debeant. Haec vero summi imperii potestas non ad immodicam ditionem cives inclinare potest, sed eorum conscientia contineatur oportet.

Hujusne publicae jurisdictionis reverentiam primaevi Christiani semper habuerunt? Huic quaestioni respondentes viri docti in varias partes discedunt. Hujus loci (ad Rom. 13) interpretationis historiam illius quoque mutabilitatis gradus atque aetates fuisse Neuman contendit, quam Ecclesia hac in re ostenderit. Weinel²⁾ vero ulterius procedens, Christianorum obsequium id tantum fuisse putat, ut violentia abstinerent. Nova illa religio ad oboedientiam adhortari quidem non desistebat, „dennoch hört man falsch, wenn man nur diese Klänge hört. Selbst zu der Zeit, da die ersten Apologeten schrieben, bis ins dritte Jahrhundert hinein, sind die Gefühle nicht erstorben und die Gedanken nicht erloschen, die den Staat immer wieder in der neuen Religion seinen tödlichsten Feind sehen ließen“ (5).

Evangelio, ab Apostolo Paulo infimae quoque plebi in magnis praesertim urbibus praedicato, aliae quoque voces, odii scilicet et ulciscendi cupiditatis plenae, personare coeperunt. Unde creberrimae illae patientiae et oboedientiae adhortationes quae solis conscientiae limitibus continentur. Ita Weinel. Scribit enim auctor: „Es gibt nicht bloß eine Grenze für all diese Gehorsamsmahnungen, sie verraten auch in ihrer Form die innersten Gedanken und Gefühle selbst der führenden Friedensmänner.

¹⁾ Epist. ad Rom. 13, 1.

²⁾ Heinrich Weinel, Die Stellung des Urchristentums zum Staat. Tübingen 1908.

So energisch diese die revolutionäre Tat verbieten, sie tun es doch nur aus ihren neuen christlichen Gründen, die überhaupt Gewalttat verbieten und jeden Menschen ehren heißen. Innerlich lehnen sie den Staat ebenso schroff ab wie die Revolution (18).¹⁾ In omnibus Christianorum scriptis, ut ait Weinel, vehemens quamvis tacita pugna cernitur, qua imperatorem, praesertim vero „genium“ i. e. divinam ejus majestatem impugnant. Christi enim regnum vera „βασιλεία“ erat, cuius desiderio Christani tenebantur.

Hujus sententiae initium Weinel ex illa perfectae civitatis imagine repetit, quam Christum ejusque discipulos animo sibi concepisse contendit: „Ihm (Christo) schwebt das Bild eines ganz anderen Menschentums als das auf Recht, Eigentum und Ehre begründete Bürgerdasein vor, und eine ganz andere Menschengemeinschaft als der Staat. Eine Herrschaft Gottes — wir sagen gewöhnlich Himmelreich und verdecken uns damit die Sache — ist ihm diese neue Welt, dieser neue Staat. Nicht ein jenseitiger Himmel mit einem abstrakten Genießen Gottes, sondern eine neue Erde, über die die Sanftmütigen herrschen, in der es keine Tränen, kein Leid, nicht Hunger und Durst, nicht Gewalttat und Unterdrückung gibt (Matth. 5, 3—12; Luc. 6, 27—36)¹⁾.

Tria quoque bona, quae potestas publica civibus suis imprimis defendere solet, Christus Ejusque discipuli despiciebant.

Denique, primaevum Christianismum (Urchristentum) publicae potestati vehementer repugnasse secundum virum doctum Weinel ex eo quoque sententia sequitur, qua Satanam eum existimaret, penes quem vere summa imperii erat: „Zwar gibt es einige Stellen, die dem zu widersprechen scheinen, vor allen die schon genannten bei Paulus und im ersten Klemensbrief. Allein man darf nie vergessen, daß man einen Zwischengedanken ausließ, wenn man sagte, daß die Obrigkeit von Gott eingesetzt sei. Gott hatte freilich dem Satan und all den Völkern einst selbst die Macht über die Erde gegeben, aber sie waren inzwischen von ihm abgefallen und hätten die Völker irregeleitet“ (24).

Mox vero Christianismus ab originis suae integritate defluxit. Immo haec declinatio ex viri docti Weinel sententia ab Apostolo Paulo proficiscens, brevi absoluta est. Ecclesiam enim condendo Christiani alteram in republica civitatem constituerunt,

¹⁾ cfr. quoque ea, quae auctor de primis Christi discipulis scribit.

quae subsidia, a Christo et discipulis Ejus repudiata, denuo sibi comparabat. Et quidem jure merito. Auctor enim ita pergit: „Aber man darf nicht vergessen, daß auch schon die Existenz einer großen Menschengemeinschaft Ordnung, Verfassung und damit abermals Recht braucht. So wenig wie Jesus wollte die Christenheit Befehlende und Gehorchende oder gar mit Zwang zum Gehorsam Gebrachte. Aber es schuf sich eben mit unwiderstehlicher Folgerichtigkeit in einer unorganisierten Schicht wie in einer neuen Welt eine originale Verfassung“ (36—37).

Auctoris igitur sententiam brevibus verbis complectentes, haec statuere possumus. Jesus et veri Ejus discipuli mansueti quasi fanatici dicendi sunt. De regno enim terrestri somniantes, hominum societatem alia communitate permutare volebant, in qua homines, nulla vi externa vel lege cogente, summa pace et concordia habitarent. Quod regnum, una patientia et animi moderatione efficiendum, vitae asperitate mox delapsum est.

Huic opinioni Catholicorum sententiam opponentes, ipsum auctoris interpretandi dogma, quamquam exinde partim sententiae ejus repetendae sunt, negligemus. Hoc enim ad universam ipsius interpretandi artis quaestionem nos referret, quatenus Sacra scilicet Scriptura fons revelationis dicenda sit; quod operis nostri limites longe excedit.

Auctoris vero sententia ex iis quoque proficiscitur, quae de reipublicae natura sentit. Postquam enim Ecclesiam et rempublicam vel potius rempublicam et Christianismum inter se repugnare confirmavit, auctor ita pergit (p. 1): „Das war und ist heute kein schiefer Gegensatz. Denn der Staat, auch der antike, will mehr sein als nur eine zweckmäßige Organisation der Menschen für ein geordnetes und befriedigtes Dasein. Er will ein Selbstzweck sein, ja ein sittliches Ideal.“ Et clarius etiam sententiam suam exprimit scribens: „Noch ein schwereres Opfer (quam vitae sacrificium) verlangt der Staat vom Menschen: das Opfer seiner individuellen Sittlichkeit im Kampf und in der List des Krieges und in der Diplomatie“ (1).

Re autem ita considerata, respublica et Christianismus re vera adeo dissidere videntur, ut nunquam pace inter se conciliari possint. Ex doctrina enim Christiana, quae proprium cuique finem assignat, respublica, propter homines condita, eorum saluti temporali ita inservire debet, ut finem suum super-

naturalem homines quam facillime attingant. Ne igitur hominum societatem sui ipsius finem esse putemus sed revera eam „nur eine zweckmäßige Organisation der Menschen für ein geordnetes und befriedigtes Dasein“ existimemus¹⁾.

Quae cum ita sint et haec ratio fidei Christianae cum re-publica intercedat, tantum abest ut natura sua inter sese repugnant, ut mutui potius inter se auxilii indigeant. Haec vero sententia ex illo Christi verbo quasi fonte emanat: „ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος Καίσαρι καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ²⁾. His enim verbis Christus cum reipublicae tum rei religiosae proprium locum designat. Neque civis igitur neque familiae subditus neque religionis sectator in rempublicam unquam omnino concedat, sed proprium suum finem a religione sibi propositum attingere conetur. Hoc autem affirmantes rem penitus attingimus. Christiani namque Antiquorum reipublicae resistebant, quatenus hominem suo jure prorsus sibi vindicabat.

Ingenia, rerum novarum quoque cupida, profecto apparuerunt. Cum enim reputemus, quantam servorum et infimae plebis multitudinem Ecclesia primis temporibus exceperit, haec conclusio eo minus temeraria dicenda est, quo acrius Ecclesia intimam hominis libertatem praedicavit. Viro docto igitur Weinel assentiri possumus cum dicat, creberrimas oboedientiae, patientiae, precatio-nis exhortationes rerum commutandarum studia profecto demonstrare³⁾. Sinceri, contra, Ecclesiae erga rempublicam habitus ejusque permagni imperii est, quo eorum animos regebat, qui ex intima fide ei se tradebant, quod studia illa seditiosa, vel in vehementissimis persecutionum temporibus adeo temperavit molemque eis objecit, ut nusquam in catacumbis acerbitalis vel in duros dominos odii signum inveniamus.

Apostoli igitur, praesertim vero S. Paulus, has duas socie-tates inter se conciliare conati sunt. Neque persecutionibus incipientibus a sententia sua desistebant. cfr. I ad Tim. 2, 2; ad Titum 3, 1—2. Petrus quoque Apostolus Christianos admonet, ut iis, penes quos summa potestas est, oboediant⁴⁾. Pauca demum in Christianorum scriptis lectorem tam vehementer

¹⁾ cfr. Pesch, Lehrbuch der Nationalökonomie I, p. 159—189.

²⁾ Matth. 22, 21. cfr. quoque Marc. 12, 17; Luc. 20, 25.

³⁾ cfr. A. Bigelmair, Die Beteiligung der Christen am öffentlichen Leben in vorkonstantinischer Zeit, p. 76 sqq. et loci ibidem allati.

⁴⁾ cfr. ep. I Petri Ap. 2, 13—15.

commovent, quam ardor ille animi, quo pro summis potestatibus preces faciebant¹⁾. Nec est quare cum viro docto Weinel has preces et Apostolorum verba tam ambigue interpretemur, quasi Christiani, si rem bene spectes, imperii ruinam a Deo precarentur. Imperatoris profecto consecrationem, non vero publicam ejus potestatem despiciebant. Inter haec duo enim, ex doctrinae ratione distinguentes, pro humana imperatoris potestate deprecantes, divinitatis Christi laesionem vel vitae discrimine repudiabant.

His igitur duobus sententiis expositis ad nostrum transeuntes, quid Clemens hac de re senserit videamus. Weinel enim, sententiam suam explanans, duo priora aevi nostri saecula potissimum spectat, quippe quae primaevi Christianismi naturam plus minusve retinuerint. Ex hac igitur sententia Clemens terminum illum occupat, in quo terrestris Christi regni exspectatio in coelestis patriae desiderium transierit. Apud nostrum igitur aliquid quod ex hac animi indole desideat, exspectare nobis licet. Clementis vero doctrinam considerantes hanc sententiam non inveniemus. Et primo quidem terrestris illius summae pacis et justitiae regni vestigia omnino desunt. Clemens profecto Christum regem nuncupat, Ejusque imperium cum pastoris munere comparans, Eum omnium hominum pastorem et legislatorem dicit. Cum vero auctorem vitam aeternam post mortem exspectavisse et Christianos, ut in eam tenderent, omnibus viribus incitasse ex multis locis constet, haec verba ita prorsus intellegenda sunt, ut animarum regimen terrestri majestati non inimicum indicent.

Diabolum in hominum commercio multum valere Clemens profecto putat. In Str. enim IV c. XIV 95 verba apud Matth. 5, 25²⁾ tractans, adversarium nostrum diabolum indicat. Ex auctoris enim doctrina diabolus per eos homines itineris (vitae) nobis socius est, qui opera ejus studiose sectantur. Deinde Evangelistae verba ulterius interpretans ait: οὐχ οἶόν τε οὖν μὴ παθεῖν τὰ ἔχθιστα τοὺς δμολογοῦντας μὲν ἑαυτοὺς εἰναι [τοῖς] τοῦ Χριστοῦ, ἐν δὲ τοῖς τοῦ διαβόλου καταγινομένους ἔργοις γέγραπται γάρ· „μή ποτε παραδῷ σε τῷ κριτῇ, δὲ κριτῆς δὲ τῷ ὑπερέτῃ“ τῆς ἀρχῆς τοῦ διαβόλου. Ex his vero non sequitur, Clementem omnem rerum temporalium administrationem diaboli

¹⁾ cfr. Bigelmair l. c., p. 105 sqq.

²⁾ Ισθι εὖνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σον ταχὺ ἔως δτον εἰ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ δδῷ.

imperio subjectam cogitavisse. In eodem enim Stromateo c. XI de martyribus loquens et Dei providentiam vel in iis vindicans „sed ne judicis quidem, inquit, injustitia Dei providentiam labe-factat: judicem enim suae sententiae potestatem habere, non vero instrumentorum animae carentium instar fidiculis motum, ex sola fortasse exteriori ratione (judicandi) ansam sumere oportet. Ex iis enim quae ipse judicando constituit, in eum inquiretur, ut nos quoque ex optabilium delectu et ex nostra constantia judicabimur“ (79, 1—2). Ex ultimis verbis, majoribus typis impressis, patet, auctorem malitiam non omni reipublicae inhaerentem sed unicuique magistratui propriam cogitavisse.

Ceteroquin vero, praeter ea quae de judiciis deque militibus postea disputabimus, ex aliis quoque locis elucet, auctorem a republica aversum non fuisse.

In Paed. III c. XII 91, 3 aliis vitae rationibus alia morum praecepta injungens, de societatis regimine Christi verba affert dicens: *καὶ περὶ πολιτείας „ἀπόδοτε τὰ Καισαρος Καισαρι καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ“*. In ejusdem libri c. III 23 veteres Romanorum legislatores miratur, quod tam praeclaras morum leges tulerint. In Paed. I c. IX 82, 4 magistratum potestatem cum Dei auctoritate comparans, improbos ab iis timore coercendos esse docet¹⁾. Ceteroquin vero eadem ratio quae parentibus cum liberis, magistratibus cum subditis intercedat oportet²⁾.

Immo in Str. VII c. III 16, 4 auctor gnosticum suum, in potestate positum, veri praefecti exemplar futurum esse contendit. Ex his omnibus satis apparet, Clementem odium in rempublicam saltem non habuisse, verum pro re nata benignum in eam habitum induisse.

Si vero ulterius quaeritur, quid Clemens de republica deque variis imperii formis senserit, in tenebris fere erramus. Et primo quidem, quaestio de optima civitatis forma mentem ejus non occupavisse videtur. In Str. enim I c. XXIV 158 sqq. de

¹⁾ εἰγάρ „οἱ ἀρχοντες οὐν εἰσὶ φύσος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ“ (ep. ad Rom. 13, 3 sq.), πῶς δὲ φύσει ἀγαθὸς θεὸς φύσος ἔσται τῷ μὴ ἀμαρτάνοντι; „Ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῆσι, φρονοῦ“, οὐ φησιν δὲ ἀπόστολος.

²⁾ Paed. I c. IX 87, 1 διττὸν δὲ τὸ εἶδος τοῦ φύσου, ὃν τὸ μὲν ἔτερον γίνεται μετὰ αἰδοῦς, φὲ χρῶνται πολῖται μὲν πρὸς ἡγεμόνας ἀγαθοὺς καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸν Θεόν, καθάπερ οἱ παῖδες οἱ σώφρονες πρὸς τὸν πατέρας. cfr. quoque Str. VII c. I 2, 2.

uno regali societatis genere loquitur, idque tam obscuris verbis, ut mentem ejus vix eruere possimus. Varias Moysis dignitates tractans summum imperium et legum lationem regis officiis annumerat. Dein regalis dominationis quattuor species distinguit. Et prima quidem est illa quae, ut divinum mundi regimen, in subditorum commodum omnia vertit¹⁾. Altera vero species, quae rationalem illam et vere divinam disponendi artem subsequitur, illa est, quae uno animi vigore ad populos regendos utitur, ut Hercules Argis, Alexander Macedonibus praefuit²⁾. Tertia species, quae id tantum studet, ut vincat aliosque suae ditionis faciat, victoram in bonum vel malum verti non curat³⁾. Quarta denique species, quae omnium pessima exstat, regalem dominationem ad cupiditates tantum refert, ut imperium Sardanapalli, eorumque omnium, qui id appetunt, ut cupiditatibus quam maxime indulgeant⁴⁾.

Dein, regia potestate et animi in cupiditates dominatione inter se comparatis utriusque mediis expositis auctor ita pergit (159, 4): „Ita eorum enim, qui ad virtutem incumbunt, res prudentia moderatur, divinas sapientia, humanas ars bene reipublicae administranda, omnes vero regium imperium. Rex igitur est, qui secundum leges imperii summam tenens, subditos regere potest, qualis est Dominus, in Se et propter Se credentes alliciens. Christo enim regi Deus omnia dedit ejusque ditionis fecit, ut in nomine Jesu omne genu flectatur coelestium, terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus est in gloria Dei Patris“⁵⁾.

Clemens igitur inter Dei regnum et terrestrem (politicam) potestatem expressis verbis distinguit. Ceteroquin vero enuntiationes ejus non multum nos docent. De reipublicae enim

1) 158, 2 τοῦ δὲ βασιλικοῦ τὸ μὲν θεῖον μέρος ἔστιν, οἷον τὸ κατὰ τὸν θεὸν καὶ τὸν ἄγιον ὑὸν αὐτοῦ, παρ' ὧν τὰ τε ἀπὸ γῆς ἀγαθὰ καὶ τὰ ἐκτὸς καὶ ἡ τελεία εὑδαιμονία χορηγεῖται.

2) δεύτερον δὲ ἔστιν εἶδος βασιλείας μετὰ τὴν ἀκραιγνῶς λογικὴν καὶ θεῖαν διοικησιν τὸ μόνορ τῷ θυμοειδεῖ τῆς ψυχῆς εἰς βασιλείαν ονυχρώμενον, καθ' ὃ εἶδος Ἡρακλῆς μὲν Ἄργους, Ἀλέξανδρος δὲ Μακεδόνων ἐβασίλευσεν.

3) τρίτον δὲ τὸ ἔρδος ἐφιέμενον τοῦ νικῆσαι μόνον καὶ καταστρέψαοθαι (τὸ δὲ πρὸς πακὸν ἡ ἀγαθὸν τὴν νίκην ποιεῖσθαι τῷ τοιούτῳ οὐ πρόσσεστιν). φ Πέροι επὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσαντες ουρεζοήσαντο.

4) τετάρτη δὲ ἡ πασῶν κακοτη̄η ἡ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τάπτεται βασιλεία, ὡς ἡ Σαρδαναπάλλον καὶ τῶν τὸ τέλος ποιουμένων ταῖς ἐπιθυμίας ὡς πλεῖστα χαρίζεσθαι.

5) ad Philipp. 2, 10—11.

natura atque origine, de qua antiqui disputabant¹⁾, de ratione denique, quae singulis hominibus cum republica intercedit, ne verbum quidem nobis occurrit. Unde quadruplicem quoque illam regalis dominationis adumbrationem, quae sane lucernam, ut aiunt, redolet, non tam ex proprio auctoris iudicio et arbitrio extortam, quam aliunde sumptam esse lectori illico in mentem venit.

De legibus deque legislationis officio, quamquam hoc quoque obiter tantum tangit, magis definitam auctor nobis sententiam exhibet. Clementis vero placita, quod ad hanc rem attinet, ex Str. I c. XXV sq. potissimum nobis depromenda sunt. Ceteri enim libri, hanc rem identidem tractantes, legem vel Mosaicam vel naturalem vel divinam designant. Hic vero locus hominum quoque leges spectare videtur.

Post subobscuram Platonis sententiae expositionem, quam hic quoque Clemens a Moyse mutuatam esse putat, auctor nobis hanc legislatoris definitionem tradit scribens (167, 3): *δὸν οὐρανοθετικὸς δέ ἐστιν δὸν τὸ προσῆκον ἐκάστῳ μέρει τῆς ψυχῆς καὶ τοῖς τούτων ἔργοις ἀπονέμων*. Hanc dein sententiam auctor Moysis, Veteris Testamenti legislatoris exemplo illustrans, eum educationi eorum praefuisse dicit, qui virtutibus corporis et animi instrui possunt (168, 3). Ut enim pascendi ars omnibus omnium necessitatibus providet, ita quoque ars legislatoris hominum virtutem provehat oportet. Ex Clementis igitur sententia legislator potissimum altiora hominum commoda spectare debet.

Quod denique jus poenae attinet, ut legum praescripta rite observentur neque hominum infirmitate vel malitia irritant, improborum pravitas severa disciplina cohiberi debet, neque ii audiendi sunt, qui legitimas castigationes ut malas infringunt²⁾. Quo magis enim anima corpori praestat, eo potiore jure is, qui animam ab iniquitatis morbo liberare conatur, beneficii auctor dicendus est quam is, qui corpori medetur. Ut vero corporis sanitatem recuperemus et secamur et urimur et medicamenta bibimus, eum qui haec nobis infert salutis auctorem et medicum appellantes, cum non malitia neque inimicitias sed medicinae arte ductus vel partes aliquas recidat, ne sana quoque corporis membra pereant. Ita nos quoque exilium, poenam, carcerem aequo animo subeamus oportet, ut anima nostra ad sanitatem revertatur. Legis vero poenas non in malevolorum

1) cfr. Arist. Polit. 1, 2. Cic. de off. 1, 17.

2) cfr. Str. I 171 sqq.

tantum castigationem, sed etiam in eorum emendationem et exemplum latas esse in 172, 3 auctor innuit scribens: ὅτι δὲ τὸ ὑπόδειγμα σωφρονίζει αὐτίκα φησί „πανοῦργος ιδὼν πυμωδούμενον πονηρὸν κραταιῶς αὐτὸς παιδεύεται,“ ἐπεὶ „γενεὰ σορίας φόβος κυρίου“ (Prov. 22, 3 sq.). μέγιστον δὲ καὶ τελεώτατον ἀγαθόν, ὅταν τινὰ ἐκ τοῦ κακῶς πράπτειν εἰς ἀρετὴν τε καὶ εὐπραγίαν μετάγειν δύνηται τις, δπερ δ νόμος ἔργαζεται.

Improborum vero iniquitatibus tantopere ingravescentibus, ut ne spes quidem emendationis relinquatur, lex, aliorum sollicitudine ducta, ne scilicet in eos quasi contactu morbus divulgetur, haec aegra recidendo membra reipublicae integritatem tueri conatur¹⁾.

Clementis igitur de jure poenae doctrina ad haec revocari potest:

1^o Lex, ut pracepta ejus rite observentur, auctoritate utique et disciplina ornetur et instruatur oportet.

2^o Hujus vero disciplinae finis duplex dicendus est. Lex enim puniendo non solum reum castigat sed alios quoque improbos a perdita vita ad virtutem reducere conatur.

3^o In aliquibus rerum condicionibus auctor jus vitae et necis legi assignat²⁾. Hisce igitur disputatis statuere saltem licet, Clementis opera primaevorum Christianorum vitae publicae declinationem, quam vocant, non referre. Unde eam vulgarem et communem fuisse jure quis neget. Haec autem opinio etiam augebitur, cum ea quae de usu vitae publicae Clemens scripsit, breviter constringimus.

§ 2. De militia.

Quod ad quaestionem attinet, num Christianis stipendia facere liceat, Sacra Scriptura definitam solutionem non exhibet³⁾.

1) 171, 4 δ γὰρ νόμος κηδόμενος τῶν ὑπηκόων πρὸς μὲν τὴν θεοσέβειαν παιδεύει καὶ ὑπαγορεύει τὰ ποιητέα εἰργεῖ τε ἔκαστον τῶν ἀμαρτημάτων, δίνας ἐπιτιθεῖς τοῖς μετρίοις αὐτῶν, ὅταν δέ τινα οὕτως ἔχοντα κατίδη ως ἀνίατον δοκεῖν εἰς ἔσχατον ἀδικίας ἐλαύνοντα, τότε ἥδη τῶν ἄλλων κηδόμενος ὅπως ἢ μὴ διαφείρωνται πρὸς αὐτοῦ, ὡσπερ μέρος τι τοῦ πατός σώματος ἀποτέμων οὕτω ποντὸν τοιοῦτον ὑγρέστατα ἀποτελέντων.

2) cfr. H. Bolkestein, Het dubbel karakter der Oude Geschiedenis, p. 22 sqq. ubi auctor Antiquorum de jure poenae doctrinam Platonis et Senecae verbis illustrans, eadem fere nobis tradit. Clemens igitur eorum sententiam prorsus transtulit.

3) cfr. K. H. E. de Jong, Dienstweigerung der erste Christen, p. 1—2; et A. Bigelmair, Die Beteiligung der Christen am öffentlichen Leben, p. 164 et 166.

Novum Testamentum Christianis re militari saltem non interdicit, ut cuique vel obiter perlegenti patet. Auctor enim libri, qui „Actus Apostolorum“ inscribitur, Cornelii ad fidem conversionem nobis narrans (cap. X), eumque centurionem fuisse commemorans, hujus rei vituperationem non significat. Simplices igitur illae enuntiationes speciem praebere videntur hanc quaestionem, ut profecto in plurimis controversiis factum esse videmus, a primaevis Christianis non multum agitatum fuisse. Weinel eam saeculo demum secundo exeunte propositam fuisse contendit¹⁾, quod duobus prioribus Ecclesiae saeculis Christiani minime saepe implicantabant.

Hujus rei rationem vir doctus de Jong allegans, Christianorum ad militiam concursum idecirco non magnum fuisse putat, quod illorum temporum milites, ut nostros quoque, male audirent. Malae hujus famae testis est S. Ignatius martyr, in epistola sua, ad Romanos data, de militibus se custodientibus scribens (V.): *Ἄπὸ Σνοίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, ωκεάνους καὶ ήμέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὃ ἐστι στρατιωτῶν τάγμα· οἱ καὶ εὐεργετούμενοι χείροις γίνονται.*

Dein vir doctus de Jong Christianos non nisi perraro ad militandum coactos fuisse contendit (p. 2—3). Cum enim exercitus pro incolarum numero exiguus esset, aera vero vel in vigesimum quintum annum producerentur, annuus militum numerus mercede conductis fere complebatur. Huc vero adjungentibus, quod religio Christiana caritatem et pacem imprimis praedicabat, paucos tantum Christianos militavisse revera nobis probatur. Ex altera vero parte Christianos milites semper fuisse ex martyrum actis satis elucet. Eo quoque accedit quod, controversia aliquando proposita, duo opinionum cursus apparuerunt, quarum mitior, quae Christianis militandi potestatem faciebat, postremo convaluit. Mitiori huic sententiae Clemens quoque adnumerandus est.

In Protreptico c. X, 100 auctor militiae mentionem faciens eam non improbat. Omnis enim ordinis homines ut Christi doctrinam recipient exhortans, a militibus nihil aliud exigit, quam ut summo Duci dicto audientes sint.

In Paed. III c. XII 91, 2 verba Luc. 3:14 significans scribit: *καὶ τοῖς μὲν σιρατενούμενοις διὰ Ἰωάννου παραγγέλλει ἀρκεῖσθαι μόνοις τοῖς δψωνίοις.* In Str. demum I c. XXIII 157 declarat, Judaeos, ex Aegypto discedentes, magnam quidem praedam

¹⁾ scil. a Tatiano, qui militiam omnino repudiavit.

abstulisse, non vero avaritia ductos, sed ut necessariam sibi mercedem assumerent et nonnihil par pari referrent. Dein auctor ita pergit (4): *εἴτ' οὖν ὡς ἐν πολέμῳ φαίη τις τοῦτο γεγονέραι, τὰ τῶν ἐχθρῶν φέρειν ἡξίουν νόμῳ τῶν κενρατηρότων ὡς κρείττονες ἡττόνων (καὶ τοῦ πολέμου ἡ αἵτια δικαία· ίσχεται διὰ λιμὸν Ἐβραῖοι ἡκον πρὸς Αἰγυπτίους· οἱ δὲ τοὺς ἔνερους καταδουλωσάμενοι τρόπον αἰχμαλώτων ὑπῆρχετεν ἡγάγκασαν σφίσι μηδὲ τὸν μισθὸν ἀποδιδόντες), εἴτε ὡς ἐν εἰρήνῃ, μισθὸν ἔλαβον τὴν λείαν παρὰ ἀκόντων τῶν πολὺν χρόνον οὐκ ἀποδιδόντων, ἀλλὰ ἀποστειρούντων.* Ex Clementis igitur opinione, quam ex Philone sibi assumpsit (cfr. Stählin in nota), bellum justum esse potest idemque praedationem jus victoris duxisse videtur.

Etsi huic sententiae loci aliqui opponi possunt, qui placidos Christianorum mores magnopere praedicant, ex illis tamen exemplo viri docti de Jong¹⁾ Clementem de inconstantia accusare nobis non licet. Partim quidem auctor sententiam suam mitigat scribens (p. 9): *Het schijnt dat Clemens in dezen tot stelregel had genomen „wel soldaat blijven, maar niet worden“ — zoo-doende zou ten minste de tegenstrijdigheid nog te vereffenen zijn — maar toch moet een diergelijke houding bij verder na-denken ons onbevredigd laten.“* Sed nec ultimae hujus opinionis parti assentiri possum. Vitae enim usui implicatus et presbyterii munere fungens, Clemens animarum curam habebat. Hoc multi operum ejus loci, imprimis Paedagogi illius ostendunt, cui operi potissimum suum rei moralis usum mandavit. Eo factum est, ut in rei militaris quaestionem quoque incideret. Eum Christianos suos, quantum potuit, a re militari prohibuisse in promptu est. Nec enim Clemens rudis illius vitae generis amore et studio ardebat, cui magna profecto morum pericula inhaerebant. Cum vero miles, ad Christianam religionem transire cupiens, Clementis arbitrio permitteret, num suum vitae genus abjiceret, hoc suadere quidem non vero jubere Clemens poterat. Ne igitur tirones nimia severitate deterreret, quae concedi poterant auctor iis benigne indulxit.

§ 3. De jurejurando.

Hanc quaestionem ea de causa huic capiti inserui, quod in omnibus populis jusjurandum legitimum publici juris instrumentum factum est, quo homines fidem sibi astruant et testimonii sui

¹⁾ cfr. I. c. p. 7.

veritatem confirmant. Qui ergo a jurejurando abhorret, contendendi cum publica potestate facili negotio ansam praebebit.

Novum Testamentum sponte Christianos inducere potuisse, ut de jurejurandi honestate disputarent nemo non videt. Christus enim Dominus in sermone illo quem in monte habuit, dixerat¹⁾: πάλιν ἡκούσατε διτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαιοῖς· οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ κυρίῳ τὸν δοκούσ σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ δμόσαι δλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, διτι θρόνος ἐστὶν τοῦ θεοῦ· μήτε ἐν τῇ γῇ, διτι ὑποπόδιον ἐστιν τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, διτι πόλις ἐστὶν τοῦ μεγάλου βασιλεως· μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου δμόσης, διτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ποιῆσαι η μέλαιναν. ἐστω δὲ δ λόγος ὑμῶν ναὶ ναὶ, οὐ οὐ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. Et Sanctus Jacobus Apostolus in epistola sua catholica hunc locum significans, eadem fere Christianis commendat²⁾.

Nunc igitur id agebatur, utrum omni jurejurando Christianis interdiceretur, an modo temere jurare vetarentur. Christum Dominum jusjurandum temerarium tantummodo improbasse ex eo deduci potest, quod Ipse Pontificis jusjurandum accepit³⁾. In verba Jacobi Bigelmair (p. 100—101) adnotat: „Jacobus erinnerte zwar daran, nicht zu schwören, allein sein Motiv für die wahrscheinlich wohl begründete Warnung vor dem Eid ergibt sich aus seinem Zusatz: ‚auf daß ihr nicht ins Gericht falle‘. Wer viel schwört, schwört eben auch leicht falsch und zieht sich damit das Gericht Gottes zu.“ Apostolum Paulum jusjurandum aliquando adhibuisse constat⁴⁾.

Auctores vero Christiani dissentunt. Johannes Chrysostomus jusjurandum prorsus interdixit scribens: καὶ τὸν δοκούσ δὲ παντελῶς φευγέτω, ἀκοῦσων τῆς ἀποφάσεως τοῦ Χριστοῦ τῆς λεγούσης, διτι Ἐρρέθη τοῖς ἀρχαιοῖς, Οὐκ ἐπιορκήσεις· Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ δμόσαι δλως. Μὴ τοίνυν μοι λέγε διτι Ἐπὶ δικαίῳ δμνυμι· οὐκ ἔξεστι γὰρ οὔτε ἐπὶ δικαίῳ, οὔτε ἐπὶ ἀδίκῳ δμνύματι. Καθαρὸν τοίνυν τηρῶμεν δοκῷ τὸ στόμα, καὶ τούτοις ἀπασι τειχίζωμεν ὑμῶν καὶ τὴν γλῶτταν, καὶ τὰ χεῖλη, καὶ τὴν διάνοιαν, ὅστε μὴ ἔνδοθεν τίκτεσθαι τι τῶν πονηρῶν λογισμῶν, μήτε διὰ γλώττης προφέρεσθαι⁵⁾.

1) Matth. 5, 33—38.

2) ep. cath. B. Jacobi Apost. 5, 12.

3) cfr. Matth. 26, 63 et Bigelmair, p. 100.

4) cfr. ad Rom. 1, 9; ad Philipp. 1, 8.

5) Joan. Chrysost. in cap. II Genes. homil. XV; n. 5. — Migne., Patrol. Gr.-Lat., tom. LIII, col. 125.

Et Justinus quoque martyr verba Christi apud Matth. ita interpretanda esse censem (Apol. I 16, 5). Verborum Christi Origines¹⁾ et Tertullianus²⁾ quoque mentionem faciunt.

In eodem vero commentario Origines Herodis jusjurandum tractans, id potius pejerandum quam servandum fuisse contendit. Hoc autem dicto (sc. non omne jusjurandum servandum esse), eleganter quis utetur, ait auctor, adversus eos, qui praecipites sunt ad jusjurandum. In libro vero suo, qui „contra Celsum“ inscribitur, idem auctor jurjurando, per Imperatorem vel per Fortunam dato, obsistit et Christianos in rebus non necessariis jurisjurandi vim non desumere contendit.

Tertullianus in apol. 32 jusjurandum per salutem Caesaris permittit: „sed et juramus, sicut non per genios Caesarum, ita per salutem eorum, quae est augustior omnibus geniis“. Unde hi Patres jusjurandum, ad quotidianas res confirmandas adhibitum, tantummodo improbare videntur.

Christiani vero potissimum ab illo jurejurando abhorruisse videntur, quo per Caesaris genium verba sua confirmare adigebantur. De S^o Polycarpo enim martyre in Sanctorum Actis a Bollandistis collectis 7 III, p. 318, 8 legimus: „Ad se deductum interrogat Proconsul, num ipse Polycarpus esset. Id confitentem hortatur ut Christum neget dicens: Revere aetatem tuam et alia his similia ut iis moris est dicere: Jura per Caesaris fortunam...“ In hunc locum hujus tomī auctor adnotat: „Multā exempla affert Holloix et testimonia de hoc juramento per genium et fortunam Caesaris: quod abominabantur Christiani ne genio illi sive daemoni divinitatem viderentur more sensuque gentilium praeferre.“

Et in No. 9 iterum legimus: „Urgenti rursus Proconsuli et dicenti: Jura per Caesaris fortunam, respondit: Absit ut per fortunam Caesaris jurem ut tu dicas.“

Optime vero, ut ait Bigelmair³⁾, Sⁱ Apollonii martyris verba Christianorum de jurejurando sententiam ejusque usum exprimere videntur: „Wir sind von unserm Herrn angewiesen, überhaupt nicht zu schwören, sondern in allen Stücken wahrhaftig zu sein. Denn gewaltiger Eid ist schon die auf dem ‚Ja‘ beruhende Wahrheit, und deswegen ist Christen zu schwören unziemlich. Denn von der Lüge stammt das Mißtrauen, und nur ob des Mißtrauens ist der Eid da. Willst du aber, daß ich

¹⁾ in commentario in Matth. c. 26.

²⁾ de idol. 11.

³⁾ l. c. p. 103.

schwöre, daß wir den Kaiser ehren und für seine Majestät beten, so will ich wohl gerne Wahrheit bezeugend schwören beim wirklichen Gotte, der da ist von Ewigkeit her, den nicht Menschenhände gemacht, sondern der selbst den Menschen über Menschen zur Königsherrschaft geordnet“¹⁾). *Vitae igitur usus jusjurandum neque prorsus repudians, neque temere adhibens, in gravibus rerum adjunctis Christianis concedebat, ut verborum fidem per verum Deum jurando confirmarent.*

Moderatam hanc sententiam Clemens quoque secutus in Paed. III c. XII 91, 3 scribit: *δόκον δὲ πέρι καὶ μητικακίας „μὴ ἐγὼ ἐνετειλάμην τοῖς πατρόσιν ὑμῶν ἐκπορευομένοις ἐν γῆς Αἰγύπτου προσενέγκαι μοι δλοκαντώματα καὶ θυσίας· ἀλλὰ τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς· ἔκαστος ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ μὴ μητικακείτω, δόκον ψευδῆ μὴ ἀγαπάτω“²⁾.*

Christianos suos profecto admonet ne justo frequentius jurando se obstringant. In Str. enim VII c. VIII 50 et 51 — cuius loci compendium est hoc: vere sapiens cum a jurejurando temerario tum a perjurio abstinebit — auctor Christiano ita vivendum esse demonstrat, ut vitae ejus sinceritas pro jurejurando sit³⁾). Locus igitur allatus opinionem praebet auctorem admonere, ne in quotidiano vitae usu verbis nostris jurando fidem affaramus. Idem quoque de Paed. III c. XI 79, 1 dicendum est, ubi mercatoribus praedicet, ne merces suas jurando vendere conentur.

§ 4. De vectigalibus.

Primaevi Christiani, ut ait Bigelmair⁴⁾, fidei suae argumentum afferre delectabantur, quod vectigalia libenti animo pendebant. Quod ad nostrum attinet, auctor in Paed. III c. XII 91, 3 scribit: *καὶ περὶ πολιτείας „ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ“*. Cum vero Clemens in hoc capite praecipua Christianorum officia complectatur, quae tum Deo tum patriae praestare debeant, neque has consuetudines universe plerumque designet sed singulas earum partes persecutatur, verba allata non tantum universam Christianorum cum republica consuetudinem, sed vectigalia potissimum spectare verisimile est. Ceteroquin vero Clemens hac de re omnino tacet.

¹⁾ Acta Apoll. § 6 bei Klette, *Der Prozeß und die Akten S. Apollonii*, Text u. Unters. XV 2, 1897, S. 96.

²⁾ cfr. Jerem. 7, 22 sq. Zachar. 7, 10; 8, 17.

³⁾ in 50, 1 Clemens jusjurandum definit: „*δόκος μὲν γάρ ἐστιν δμολογία παθοδική μετά προσπαράγμεως θελας.*“

⁴⁾ l. c. p. 120 sq.

§ 5. De muneribus publicis.

De publicorum munerum administratione Clemens denuo pauca loquitur.

In Paed. III c. XI 58, 2, ubi auctor quaerit, num viris anulum gestare licet, Christianos magistratum participes fieri universe ponere videtur scribens: *εἰ δὲ ἄρα δέοι καὶ ἡμᾶς ἐμπολιτευομένους καὶ ἀλλας τινὰς τῶν κατ’ ἀγρὸν διοικουμένους πράξεις . . . ἀποσφραγίζεσθαι τινα, δίδωσιν καὶ ἡμῖν εἰς τοῦτο μόνον σημαντῆρα.*

Verbo „*ἐμπολιτεύεσθαι*“ duas res subjicimus. Vel enim privatum aliquem, civitate praeditum in republica versari demonstrat, vel magistratum munera publica obeuntem designat. Cum vero verba: „*καὶ ἀλλας τινὰς τῶν κατ’ ἀγρὸν διοικουμένους πράξεις*“ ad res privatas certo spectent, verbo „*ἐμπολιτεύεσθαι*“ reipublicae administrandae notis subjicienda esse videtur.

Judicum officia in Paed. III c. XII 91, 2 adstringens enixe iis commendat, ut nulla hominis ratione habita jus dicant. Lartitiones enim sapientium oculos obcaecant et justa verba contaminant. Contra, omnem operam navet, ut injuria affectos liberos dimittat.

Quin etiam Publicanorum munus, quod multis neutiquam probari poterat, a Clemente non omnino rejicitur cum iis commendet, ne quid contra legum constitutiones agant. Haec verba quamvis non directe, reipublicae decreta approbant.

Clementis igitur sententiarum memoriam repetentes, imprimis statuere fas est, rerum publicarum declinationem, quam Weinel primaevi Christianis tam vehementer reprobat, apud nostrum profecto non inveniri. Immo potius hic quoque sincera auctoris voluntas elucet, qua ubique, dum vitae rationes id sinant, religionem Christianam cum „saeculo“ reconciliare studet. Hoc vero eo magis aestimandum est, quod declinationis causae, quarum vis, ut ait Bigelmair, non nisi multo labore debilitari poterat, minime deerant. Quas causas, a Bigelmair allatas, brevibus verbis comprehendamus.

Et prima quidem, quam interiorem rite quis dixerit, ex ipsa primaevi Christianismi indole procedit: „Der Grund lag nahe. Auf der Urkirche liegt der Hauch eines Idealismus, der im Streben nach dem Reiche des Himmels das Reich der Erde vergißt. Schien doch dieses Erdenreich in seiner feindlichen

Macht so erdrückend, daß an seine Gewinnung nicht zu denken war“ (p. 11). Multi quoque, etiam Apostoli, secundum Christi adventum brevi secuturum esse sperabant. Rigorismus, inde saepe emergens, excusationem quandam ex illo Gnosticismi systemate sibi sumebat, quod ex altera parte modum excedebat. Gnosticismus enim, Alexandriae natus, ab Overbeck depingitur: „Die Verweltlichung der Kirche überhaupt auf allen Gebieten menschlichen Trachtens in akuter Form“¹⁾.

Altera vero causa, exterior, ab antiqui cultus ingenio repetenda est. Veterum enim religiones, si veram rei rationem exigis, sacra publica dicenda sunt. Praeter enim sacra privata et gentilicia, quae vel ad singulos homines vel ad familias pertinebant, ipsa quoque respublica rebus divinis operam dabat. Quae res divinae vel ab omnibus civibus, ut in ludis, vel a presbyteris et magistratibus, civitatis vice fungentibus, exercebantur. Quam intima haec cultum inter et rempublicam conjunctio fuerit, pontificatus indoles, ut cetera praetermittamus, maxime indicat. Hoc enim munus sacerdotale in administranda republica multum valebat. Unde Augustus, M. Lepido mortuo, summi pontificatus honorem sibi ascivit. Qui honos posthac cum imperatoris persona semper cohaerebat. Scribit enim Schulz²⁾: „Entsprechend dem gesunden Empfinden der Römer, das eine politische Sonderstellung des Priestertums nicht kennt, das die Priestertümer bekanntlich nur als Collegia faßt, die mit besonderer technischer Kenntnis ausgerüstet sind, wie der Verkehr mit den Göttern jeweilig vor sich zu gehen habe, ist in einer schönen und einfachen Konsequenz der höchste weltliche Beamte auch der höchste geistliche geworden und geblieben. Daß dies für den Prinzens recht vorteilhaft war, liegt auf der Hand: praktisch fast ebenso hoch als die Oberaufsicht über das gesamte Kultwesen zu werten ist die damit gegebene direkte und unkontrollierbare Beeinflussung der Männer, die in den großen geistlichen Körperschaften saßen, und das war nach römischer Sitte der hohe Adel der Stadt.“

Vulgi opinio illud quoque firmiter credebat, deos omnium

¹⁾ Overbeck, Studien zur Geschichte der alten Kirche, Chemnitz 1875, I, 184 a Bigelmair, p. 14 allatus.

²⁾ Otto Th. Schulz, Das Wesen des römischen Kaisertums der ersten zwei Jahrhunderte. Paderborn 1916, p. 77 sq.

gentium imperium populo Romano largitos esse atque firmare¹⁾. Unde res adversas deorum hostibus semper impertiebant²⁾.

Ultimis reipublicae temporibus deorum opinionem valde extenuatam esse concedendum sane est. Hoc vero ad viros summo loco natos tantum pertinebat. Rationalismus enim religionem populi non excidere, summum aliquid de priorum institutis immutare potuit³⁾. Praeter enim philosophorum disputationes, quae humanam deorum naturam astruere conabantur, alter animorum cursus, qui nempe mystica libenter credebat, sibi ipse viam fecit⁴⁾. Quod mysticismo studium, ultimo reipublicae saeculo summum attingens, multa Orientis sacra Romanam transvexit⁵⁾. Has vero religiones transferentes Romani more majorum agebant. Hanc enim rem Antiqui ad reipublicae rationes referentes, deos novensides jam ultimis regum temporibus pedetentim suscipere coeperunt⁶⁾.

His quoque accedit quod Augustus, ut domum suam et reipublicae disciplinam divino quodam splendore circumfundenter, ingenii divi Augusti cultum propagavit. Cujus cultus detrectatio laesae majestatis suppicio afficiebatur. Hisce vero non obstantibus religio Christiana in otio et pace esse fortasse potuisse, si jus civitatis, ut ita dicam, non sibi soli eo saltem sensu vindicasset, ut sectatores suos omni alio cultu severissime interdiceret. „Das Pantheon der Römer“, inquit Bigelmair (p. 23 sqq.) „war groß und weit, und seine Hallen boten allen Göttern Aufnahme; auch der gekreuzigte Gott der Christen hätte wohl darin Aufnahme gefunden, wenn er tolerant gewesen wäre wie die andern Götter und neben seiner eigenen Gottheit auch die des neben ihm stehenden Jupiter oder des Augustus anerkannt hätte.“

Ex hac vero constantiae nota, religioni Christianae inherente, irae illae populares et persecutio publica auctoritate indictae, sane repetendae sunt, quae tam atrocibus calamitatibus

¹⁾ Cic. de har. resp. q. 19 apud Bigelmair, p. 18.

²⁾ cfr. Cypr. ad Dem. 4. Christianis imputas quod minuantur singula inundo senescente (I 353, 20 ff.) apud Bigelmair, p. 18.

³⁾ Bigelmair, p. 20 sqq.

⁴⁾ cfr. Sam. Wide. Röm. Religion, p. 263 in „Einleitung in die Altertumswissenschaft“. Gercke und Norden, II.

⁵⁾ cfr. Sam. Wide. I. c.

⁶⁾ cfr. Sam. Wide. I. c., p. 253 sqq.

Christianos affecerunt. In hoc vero incerto rerum statu Christianos quasi invitatos deterritos fuisse, ne rerum publicarum participes fierent, nemo est qui non videat. Ex his igitur sponte sequitur, quam facile Christianis occurtere potuerit doctrinam Christi a „saeculo“ prorsus abhorrente. Persecutionibus vero remittentibus, ait Bigelmair, reconciliationis opiniones semper et ubique invalescebant.

Huic igitur mitiori animorum cursui Clementem quoque adscribendum esse supra jam notavimus. Pro indulgentia enim sua unitatis magis quam dissolutionis rationes videre solebat. Ex altera vero parte declinationis causae modo expositae rem nobis explicant, quae lectoris admirationem illico moveat. Clementis enim opiniones politicas indagantes tam exiles fructus percepimus, ut eum, quamquam a re publica minime abhorrentem, tamen eam non magni fecisse jure aestimemus. Atqui, ut ait Bigelmair (p. 11), summa doctrinae christiana sententia est, ut publicam quoque disciplinam sibi conciliet eamque emendet. Cum enim religio Christiana totum hominem sibi exposcat, nihil eo perfectius Christianus animo informare potest, quam ut omnes hominum consuetudines doctrinae suae fermento imbuat. Unde decursu temporum Christianae societatis disciplina ex ipso religionis dogmate quasi e fonte emanavit. Ut vero hujus rei ratio oriretur, temporum felicitate opus erat. Ne igitur mirum nobis videatur, quod Christiani, in turbulentissimis rerum adjunctis positi tantisque angustiis pressi, non adeo rebus civilibus sese immiscuerunt, ut propriam in re publica factionem constituerunt. His quoque causis attribuendum esse mihi videtur quod Clemens, qui benigne et studiose res quoque „saeculares“ considerare solet, hanc gravem vitae partem aequo satis animo tractavit. Circumstantiae enim, supra allatae, apud nostrum profecto multum valebant. Quamquam enim Commodo regnante Ecclesia satis bonam aetatem vidi et a Septimo Severo per decem annos continuos otium habuit, fieri tamen non potuit, quin recens cruentarum persecutionum memoria vel benignis Christianis rerum publicarum studium adimeret. Et profecto tempus ejusmodi erat, ut somniorum placita persequi visus esset, si quis Christianus praecipuas in rebus publicis partes agere voluisset.

Nec idealismi impetus, quem Bigelmair in primaevis Christianis significat, nostro deest. Quaestionem vero, quatenus haec

Clementis animi indoles vel ex Gnosticorum lascivia — quam probe utique novit — manaverit, vel ex Stoicorum placitis vel Christiano dogmate effloruerit non dirimentes, statuere satis habemus, hanc animi affectionem ab ipso Clemente allatam fuisse, quare res civiles tam obiter perstrinxerit. In Str. enim II c. VII 34, 1 sqq. legem divinam cum lege civili comparans, hujus operam in iis tantum rebus, quae bona inter et mala interjacent, illius vero studium in veris vitae commodis versari contendit.

Si vero alicui in mentem veniret, huic terrenorum despicieniae Clementi sane propriae, illud Senecae dictum criminis dari posse, quod vitiosum est ubique quod nimium est, et hanc animi indolem aliquando obstitisse, quominus vitales fidei Christianae vires omni ex parte pubescerent, rursus „nimium“ illud non tam vitiosum, quam temporum condicionibus illatum fuisse secum reputet. Pius praeterea hic animi ardor Christianos insigni illo vigore instruxit atque ornavit, quo temporum iniuritati non frustra obniterentur.

18700

Theses.

I.

Dat Clemens eerst op lateren leeftijd tot het Christelijk geloof is bekeerd, blijkt niet uit de teksten, die men tot staving dezer bewering gewoonlijk aanhaalt (Paed. I c. I 1. Paed. II c. VIII 62, 3).

II.

Clemens achtte den celibatairen staat verheven boven den gehuwden.

III.

Het is onwaarschijnlijk, dat Clemens gehuwd geweest is.

IV.

Niet alleen oeconomische factoren doch ook de invloed van de leer der Kerk heeft er toe bijgedragen, dat de slavernij langzamerhand verdween.

V.

Met Julius Beloch (Griech. Geschichte² I. 303 in de noot) moet men onder *ζευγῖται* verstaan: de boeren die als hoplieten in de slaglinie naast elkaar in het gelid stonden.

VI.

De waardeering van den arbeid, die wij bij Cicero, de off. I c. 42 vinden, is ongeveer gelijk aan die der huidige hoogere standen.

VII.

Clem. Paed. III c. XI 58, 2. εἰ δὲ ἄρα δέοι παλ ἡμᾶς ἐμπολιτευομένους καὶ ἀλλας τίνας τῶν πατ' ἀγρὸν διοικουμένους πράξεις, πολλάπις δὲ παλ ἀνεν γυναικῶν γενομένους ὑπὲρ ἀσφαλείας ἀποσφραγίζεοθα τίνα, διδωσι παλ ἡμῖν εἰς τοῦτο μόνον σημαντῆρα, τὸν δὲ ἀλλοὺς ἀπορριπτέον δακτυλίους, ἐπεὶ „ιδούμος“ πατὰ τὴν γραφὴν „χρυσοῦς φρονίμῳ παιδεῖα“.

Clementem matrimonio junctum fuisse his verbis veri similius fieri Tollinton immerito contendit.

VIII.

S¹ Ignatii epist. ad Rom. 6, 1. Οὐδέν μοι ὁφελήσει τὰ πέρατα τοῦ πόσμου οὐδὲ αἱ βαριλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου.

Lege: γέρατα = honores.

IX.

Xenophon Cynegeticus II, 1. Πρῶτον μὲν οὖν χρὴ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἐπιτήδευμα τὸ τῶν κυνηγεοίων τὸν ἥδη ἐν παιδός ἀλλάττοντα τὴν ἡλικίαν, εἴτα δὲ παλ τὰ ἀλλα παιδεύματα, τὸν μὲν ἔχοντα σκεψάμενον τὴν οὐσίαν· φ μὲν ἔστιν ἵκανή, ἀξίως τῆς ἀντοῦ ὁφελείας, φ δὲ μὴ ἔστιν, ἀλλ ὁὖν τὴν γε προδύνυταν παρεχέσθω μηδὲν ἐλλείπων τῆς ἵκαντοῦ δυνάμεως.

Haec verba legenda videntur:

Πρῶτον μὲν οὖν χοὴ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἐπιτήδευμα τὸ τῶν κυνηγεσίων τὸν
ἡδη ἐν παιδὸς ἀλλάποντα τὴν ἡλικίαν ἐπὶ τὰ ἄλλα παιδεύματα, τὸν μὲν
ἔχοντα σκεψάμενον τὴν οὐσίαν, εἰ μὲν ἔστιν ἴκανή, ἀξίως τῆς ἀντοῦ ὁφελεῖσας,
φὰ δὲ οὐτέ.

X.

Xenophon Cyneget. I 13. Κάστωρ δὲ καὶ Πολυδεύκης δσα ἐπεδείξαντο
ἐν τῇ Ἑλλάδι τῶν παρὰ Χίλωνος διὰ τὸ ἀξίωμα τὸ ἐκ τούτων ἀπαντες
μεστοὶ εἰσι.

ἀπαντες μεστοὶ codex W. (= Vindobonensis IV 34) ἀθάνατοι Codices omnes
praeter W.

Legere vellem:

Κάστωρ δὲ καὶ Πολυδεύκης τοσαῦτα ἐπεδείξαντο ἐν τῇ Ἑλλάδι *(ῶστε)*,
τῶν παρὰ Χίλωνος, διὰ τὸ ἀξίωμα τὸ ἐκ τούτων ἀθάνατοι εἰσιν.

XI.

Xenophon Cyneget. I 7. Μειλανίων δὲ τοσοῦτον ὑπερέσχε φιλοπονίᾳ,
ῶστε ὅν αὐτῷ ἀντερασταὶ ἐγένοντο οἱ ἀριστοὶ τῶν τότε μεγίστων γάμων μόνος
ζήτησεν Ἀταλάντης.

Ita Schneider, Codicum vero lectio: *οἱ τότε ἀριστοὶ τῶν τε μεγίστων
γάμων, . . . optimum sensum praebere mihi videtur.*

XII.

Xenophon Cyneget. III 4. Εἰοὶ δὲ καὶ τῆς ἵχνεύσεως πολλοὶ τρόποι
ἐν τῶν αὐτῶν κυρῶν.

His verbis viri docti Schneider, Diels, Pierleoni varie mederi conantur;
nil vero mutandum esse duco.

XIII.

Xenophon Περὶ Ἰππικῆς I 15. περὶ γε μὴν τῶν κάτωθεν ἀστρα-
γάλων η̄ κυνηγῶν καὶ κυνηγόδων καὶ δπλῶν τὰ αὐτὰ λέγομεν ἀπερ περ τῶν
ἔμπροσθεν.

v. d. Leunclavius legit: δπισθεν; mallem: κατόπισθεν.

XIV.

Xenophon Περὶ Ἰππικῆς IX 6. καὶ αἱ τε μακρὰ ἐλάσεις μᾶλλον η̄ αἱ
πυκναὶ ἀποστροφαὶ πραῦνοντι τοὺς ἵππους καὶ αἱ ἡσυχαῖαι μὲν πολὺν δὲ
χρόνον . . . παθέψοντι καὶ πραῦνοντι καὶ οὐκ ἀνεγείροντι τὸν θυμοειδῆ.

Lege: . . . τοὺς ἵππους καὶ ἡσυχαῖους μὲν πόλυν χρόνον παθέξοντι
(Courier) καὶ οὐκ ἀνεγείροντι οὐτέ.

XV.

Plutarchus Alexander XXVII. Ἐνιοὶ δέ φασι τὸν μὲν προφήτην
Ἑλληνιστὶ βουλόμενον προσειπεῖν μετά τινος φιλοφροσύνης „Ω παιδίον“ ἐν
τῷ τελευταίῳ τῶν φθόγγων ὑπὸ βαρβαρισμοῦ πρὸς τὸ σύγμα ἐξενεχθῆναι καὶ
εἰπεῖν „Ω παιδίος“ [άντὶ τοῦ νῦ τῷ σύγμα χρησάμενος] . . .

Expungendum emblema.

XVI.

Tertullianus Apolog. III 3. Alii quos retro ante hoc nomen viles im-
probos noverant, ex ipso denotant, quod laudant: caecitate odii in suffra-

gium impingunt. „Quae mulier, quam lasciva quam festiva. Quis juvenis, quam lusius, quam amasius! facti sunt Christiani.“ Ita nomen emendationi imputatur.

Pro verbo laudant legendum est: laudat. Verba ultima perperam intellexerunt, vir doctus Rauschen¹⁾ ita interpretatus: „So wird der Name (Christ) der Besserung als Schuld angerechnet“ . . . et vir doctus Schrörs²⁾ . . . wird zur Besserung angerechnet (. . . emendationi imputatur).

XVII.

Seneca De Beneficiis VII 10, 3: Et tamen adhuc ista aliquam materiam habent; est in quo errorem oculorum animus subsequi possit. Verba notata, quae viri docti Gertz et Haase corrupta esse ducunt, bonam interpretationem admittunt.

XVIII.

Seneca De Clementia I 3, 5: Quem admodum totum corpus animo deseruit et, cum hoc tanto majus tantoque speciosius sit, ille in occulto maneat tenuis et in qua sede latitet incertus, tamen manus, pedes, oculi negotium illi gerunt, illum haec cutis munit, illius jussu jacemus aut inquieti discurremus, cum ille imperavit, sive avarus dominus est, mare lucri causa scrutamur, sive ambitionis, jam dudum dexteram flammis obicimus aut voluntariam subsiluimus, sic haec immensa multitudo unius animae circumdata illius spiritu regitur illius ratione flectitur pressura se ac fractura viribus suis nisi consilio sustineretur.

Pro corrupta lectione: voluntariam subsiluimus lege: voluntarie eam succidimus.

XIX.

Tacitus Ann. I 9. Hi pietate erga parentem et necessitudine rei publicae, in qua nullus tunc legibus locus, ad arma civilia actum, quae neque parari possent neque haberi per bonas artes.

Vocabulum „civilia“ expungendum est.

1) Prof. Heinrich Schrörs und meine Ausgabe von Tertullians Apologetikum, p. 89.

2) Zur Textgeschichte und Erklärung von Tertullians Apologetikum, p. 94.

